Observationes grammaticas si quis his temporibus, quibus talia elegantissimi cuiusque bilem movere solent, proferre audet, periculum est, ne homines liberaliter eruditi eiusmodi ineptias illico igni tradendas esse uno ore conclament. Tamen ausus sum, idque, qua ratione animos illorum iratiores paullulum delenirem, eo ipso consilio, ut *γραμματικωτάτους* illos, qui omnia legibus suis definire et coërcere consuerunt, saepenumero a vero aberrasse neque linguam tam angustis finibus circumscribi posse, quales pueris constituere solemus, exemplis docerem atque ostenderem. Tantum enim abest, ut eis assentiar, qui, quaecumque placitis grammaticorum repugnent, amputanda atque recidenda esse censeam, ut non solum poetas, sed etiam prosae orationis scriptores libertate quadam loquendi uti maluisse quam ad certam normam omnia dirigere mihi persuasum sit. Qua in re a viris doctis, qui veteres scriptores ediderunt, saepe peccatum est. Etiam in Xenophontis libris recensendis ei, qui omni liberiore loquendi usu oppresso artis grammaticae praecepta, quae sibi ipsi invenerunt, quam libros manuscriptos sequi mallent, et furore quodam grammatico impulsi, quaecumque ab illis differrent, reprimere studerent, sescenties in errores inducti sunt. Neque inutile esse putabam hanc rem exemplis probare. De liberiore igitur genere dicendi Xenophonteo disserere mihi liceat.

Ac primum quidem de inusitata verborum collocatione disputabo. Duae autem maxime causae erant, quibus permoti cum prosae orationis scriptores tum poetae Graecorum ab usitato verborum ordine recedebant, studium vocabula non sono solum, sed significatione quoque congruentia inter se committendi, quam *παρήχησιν* vel *παρονομασίαν* vocant, atque studium verba inter se opposita quam artissime coniungendi. Et quam studiosi fuerint agnominationis omnibus notum est. Eo permulta illa figurae etymologicae quam vocant exempla pertinent, quorum vel in Homeri carminibus, quem quam simplicissimo dicendi genere usum esse nemo non concedet, satis magnus numerus suppetit, velut *δαίτην δαινυμένους, μῦθον μυθείσθην* al.; collecta sunt ab Ameisio (Krit. u. exeg. Anh. ad Od. *η*, 50), disposita a Lobeckio (de figura etymologica in Paralipomenis gramm. Graecae. Lips. 1837, p. 501 ss.). Idem vocabulorum paronomasiae causa coniugatorum multa exempla non poetarum solum sed etiam aliorum scriptorum ad Ai.[3] p. 114 et ad v. 1304 et maxime ad v. 866 congessit, quorum plurima ex sermone cotidiano sumpta definitum quendam verborum ordinem servant. Ad haec alia accedunt in Parall. p. 55 ss. Ego e libris Xenophontis, qui et ipse agnominationem in deliciis habuit, exempla nonnulla (extant autem sescenta) attulisse satis habeo: *οὕτως οὗτοι* An. 1, 1, 11; *πάντων πάντα* An. 1, 9, 2; *πάντας πάντα* Hell. 4, 4, 12; *παντάπασιν πάντα* An. 4, 5, 3; *πανταχοῦ πάντες* An. 2, 6, 7; *πάντῃ — πάντα καὶ πανταχῇ πάντων* An. 2, 5, 7 ('frequentius tamen *πάντα πάντῃ*' Lob. l. l. p. 56); *πολλαχοῦ πολλοῦ* An. 4, 1, 28; *ἄλλοι ἄλλαις* Cyr. 8, 8, 3; *ἄλλος ἄλλα* An. 2, 1, 15; *ἄλλοτε ἄλλῃ* Hell. 1, 5, 20; 4, 1, 25; 5, 3, 22; 4, 38; *ἄλλοι ἄλλοθεν* An. 1, 10, 13;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἄλλος ἄλλῃ An. 4, 8, 19; 7, 3, 47; Hell. 4, 5, 4; 5, 1, 20; 3, 6; 6, 5, 28; 7, 1, 21; *ἄλλοι ἄλλοθι* Hell. 3, 3, 8; 7, 1, 15; *ἄλλων ἀλλαχοῦ* Hell. 2, 3, 20; *ἄλλος ἄλλοσε* Hell. 5, 3, 6. In hac adiectivi et adverbii coniunctione certam quandam verborum collocationem adiectivo plerumque antecedente servari videmus, quocum conferas poetarum *πάντες πάντως, κακὸς κακῶς, καλὸς καλῶς* (v. Lob. l. l. p. 58; Elmsley. ad Eurip. Med. 787) et Latinorum alii aliter. Porro *οὐδεὶς οὐδέν- πολλοὶ πολλά* Ag. 4, 1; *οὐδένα οὐδέν* Cyn. 13, 8; *οὐδέτεροι οὐδέν* Hell. 7, 5, 27; *τίς τι* An. 4, 1, 14: semper hoc ordine servato. *Πείσεσθαι πειθομένους* An. 7, 4, 13; *ἐκ βασιλέων βασιλεῦσιν* Ag. 1, 2; *βασιλέως βασίλεια* An. 1, 2, 8; Hell. 3, 3, 2; *ἡγεμόνων ἡγεμονεύουσιν* Ag. 1, 3; *ἐβόα βοηθεῖν* An. 5, 2, 32; *ἐπιβοηθεῖν ἐβόων* Hell. 7, 2, 19; *ἐπιβολὴν ἐπιβαλών* Hell. 1, 7, 2; *ἐξεναγει ξενικοῦ* Hell. 4, 3, 15; *πράγματα εἶχόν τε καὶ παρεῖχον* Hell. 4, 5, 19; *πράγματα ἔχοντες καὶ παρέχοντες* Hell. 5, 1, 29. Quin etiam triplici agnominatione usus est Oec. 11, 17 *ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἱππασάμην ἱππασίαν . . . . ἱππασίαις* et Hell. 6, 3, 4 *πατρὸς πατὴρ πατρῴαν*, quibuscum Platonis Menex. 249 c *πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα ἐπιμέλειαν ποιουμένη* et Parm. 160 b *οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει* conferas.

Neque minus Xenophon verba inter se opposita arte coniungere solet, quo maiore vi alterum alteri contrarium esse significet, velut Cyn. 1, 10 *Θησεὺς τοὺς τῆς Ἑλλάδος ἐχθροὺς πάσης μόνος ἀπώλεσεν*; An. 2, 4, 7 *τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ ἄπιστα ποιῆσαι*; Hell. 7, 1, 16 *παρεσκευασμένοι ἀπαρασκευάστους καὶ συντεταγμένοι ἀσυντάκτους*; 7, 5, 11 *ὀλίγων πολλοί*; Cyr. 7, 1, 38 *ἐώθουν, ἐωθοῦντο, ἔπαιον, ἐπαίοντο*. Imprimis vero pronomina sic copulantur, quod artificium vel Homerus nonnumquam quaesivit, ut Od. 3, 309 *ὁ τόν*; 4, 394 *ἐγώ μιν*; 407 *σ' ἐγών*; cf. formulam illam *τοιγὰρ ἐγώ τοι*. Huius usus exempla profero nonnulla; plura enim sunt quam ut omnia enumerare possis: *αὐτοῖς ἑαυτούς* An. 3, 2, 8; *αὐτὸς αὑτόν* An. 7, 1, 11; *αὐτοὶ αὑτοῖς* Hell. 1, 2, 17; *αὐτοὶ ἑαυτούς* Hell. 2, 2, 3; *αὐτὸς αὑτόν* Oec. 20, 15; Hell. 7, 4, 19; *αὐτοὶ ἐν αὑτοῖς* Hell. 1, 5, 9; *αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρί* An. 1, 8, 24; *αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν* An. 2, 4, 10; *αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν* An. 7, 1, 23; *αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς* Hell. 5, 1, 34; *σοὶ ἑαυτούς* An. 6, 6, 20; *σὺ σαυτῷ* An. 7, 8, 3; *ὑμῖν ἐμαυτόν* Conviv. 1, 6; *συ σαυτῷ* Oec. 15, 1. Animadvertas in tali compositione pronomen reflexivum semper postponi, etiam praepositione vel articulo interiecto; traiectionem autem pronominis *αὐτός* articulo vel praepositione praecedente, qua poetae et recentiores scriptores (Matth. gr. § 468, 6) usi sunt, Xenophon non admisit. Porro *ὑμῖν ἡμᾶς* al. An. 2, 5, 14; 15; 5, 4, 6; 10; 6, 6, 36; 7, 1, 21; 3, 30; 6, 39; 7, 39; 46; Oec. 2, 9; 6, 1; 7, 10; 11; Conviv. 3, 2; Hi. 1, 16; *πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς* Hell. 6, 5, 37. Eiusdem parataxeos causa nominativum pronominis alteri pronomini, etiam ubi oppositionis notio deest, addere solet, ut An. 2, 5, 6; 15; 18; 25; 4, 6, 16; 5, 5, 9; 7, 1, 10; 2, 34; 6, 24; 7, 56; Cyr. 1, 3, 14; 5, 1, 21; Hell. 5, 2, 26; 27; Oec. 3, 1; 14; 11, 6; 11; 17, 9; 15; 20, 2; 21, 2; Conviv. 8, 6; 42 al.; maxime vero imperativo adicitur: Cyr. 3, 2, 30 *τοῖς παρ' ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ἐπιστέλλετε ὅ τι ὑμῖν δοκεῖ σύμφορον εἶναι*; cf. Od. 4, 408 al.

Etiam in alia pronominum compositione facile fixum verborum ordinem observare licet, ut perpauca reperiantur contraria exempla; certe pronomen *ἕκαστος* verbum, ad quod refertur, fere subsequitur. Nam ut scriptores Latini pronomen quisque cum pronomine reflexivo, superlativo, numerali ita coniungere solebant, ut sibi quisque, suum cuique, optimus quisque, unus quisque dicerent, sic Graeci quoque fere *τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος, εἷς ἕκαστος, ὁ πιστότατος ἑκάστῳ, αὐτὸς ἕκαστος* (cf. Herm. ad Vig. p. 733; Matth. § 468, 6) dicebant; cuius consuetudinis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex unius Xenophontis scriptis haec affero exempla: *ἀνατιθέασιν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος* Cyr. 8, 5, 4; 6, 2, 41; 3, 3; 27; Hell. 2, 4, 38; 5, 1, 32; 7, 4, 10; 5, 3; An. 1, 8, 3; 7, 5, 13 *τὰ καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι ἐκπίπτοντα* al. Rarius praecedit: *ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ* Cyr. 6, 3, 4; 8, 5, 3; 7, 13; An. 1, 2, 15; 4, 3, 26; 5, 23; 6, 3, 2; Hell. 2, 4, 17. — *ἑνὶ ἕκαστος* Cyr. 7, 1, 2; *καθ' ἕνα, ἕκαστος φυλαττόμενος* An. 4, 7, 8; *ἕνα* (acc. obi.) *ἕκαστον* (acc. subi.) Hell. 2, 3, 21 et 40. Saepius vero in unam quasi vocem coaluerunt: *εἷς ἕκαστος* Hell. 2, 4, 27; *μίαν ἑκάστην* 7, 1, 40; 43; An. 6, 6, 12; 7, 3, 16; Ath. resp. (quem librum, ut hoc semel moneam, iure a Xenophonte abiudicari haud ignoro) 1, 15; 18; Oec. 8, 7; 21, 5; Cyn. 13, 17; *καθ' ἕνα ἕκαστον* Cyr. 8, 3, 20; Hell. 1, 7, 23 *κατὰ ἕνα ἕκαστον* (sic cum codicibus legendum; v. Hertlein. obss. cr. in Xen. Histor. Gr. part. 3, 13 ss.); *καθ' ἓν ἕκαστον* Cyr. 5, 5, 15; 6, 4, 5; Oec. 19, 14; Vect. 4, 18; Cyn. 1, 13; 6, 24; Hi. 11, 2; Ag. 7, 1. — *αὐτῶν ἕκαστοι* An. 6, 3, 2; Oec. 1, 10; 7, 33; Cyn. 8, 7. — *ὁ πιστότατος ἑκάστῳ* An. 7, 2, 29; *ὡς πλείστους ἕκαστος* Hipparch. 1, 21; *ὡς ἐλαχίστοις ἕκαστος* 4, 9. — *ἡμῶν ἕκαστος* Conv. 3, 5; *ὑμῶν ἑκάστου* Hell. 2, 3, 53. — *παρὰ τῶν στρατηγῶν ἑκάστου* An. 7, 2, 17; *τούτων ἕκαστος* Lac. resp. 4, 3; Hipparch. 3, 1; Cyn. 10, 3. — *ἰδίᾳ ἕκαστον* An. 6, 2, 13; Lac. resp. 2, 2. (Cf. separatim quisque Sal. Cat. 52, 23; Caes. b. G. 1, 19, 4; b. c. 3, 18, 2; Quint. 7, 4, 44). *δίχα ἕκαστον* Hell. 1, 7, 34; *δὶς ἕκαστος* 4, 5, 2; *οἴκαδε ἕκ.* 3, 5, 21. Raro antecedit: *ἕκαστα αὐτῶν* Conv. 4, 39; Ag. 2, 8; Vect. 4, 30; Hipp. 8, 7. Interdum eodem loco, ut orationem variaret, utraque verborum collocatione usus est, ut Cyn. 9, 3 *ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς* et *τὸν ἑαυτῆς ἑκάστη*; Hi. 1, 8 ss. *δι' ἑκάστου τούτων* et *τούτων ἕκαστα*. Similiter *πᾶς* saepe post nomen, ad quod spectat, ponitur: *ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων* Mem. 3, 9, 3; *τοὺς ἄλλους πάντας* (*ἅπαντας*) Hell. 3, 3, 5; 5, 21; 4, 1, 12; *τῆς ἄλλης ἁπάσης πόλεως* Hell. 2, 3, 34; *τἆλλα πάντα* Hipp. 6, 3; *τὰ ἄλλα πάντα* Cyr. 3, 1, 6; *τὸ ἄλλο πᾶν* Hell. 6, 4, 12; *οἱ ἄλλοι πάντες* (*ἅπ.*) Hell. 5, 1, 32; 6, 1, 10; 7, 4, 36; cf. Latinorum ceteri omnes, reliqui omnes, alii omnes, rarissime omnes alii. — *τὰ αὐτὰ πάντα* Oec. 19, 12; *ταῦτα πάντα* Hell. 3, 3, 7; 5, 1, 15; 6, 2, 32; 4, 7; 7, 1, 35; 4, 21; Hipparch. 1, 8. *τούτους πάντας* Hi. 11, 14; *τούτων πάντων* Hell. 3, 2, 23; 4, 8, 16; 7, 1, 31; Hipparch. 1, 7; *τούτοις πᾶσι* An. 1, 9, 23; cf. hi, illi omnes. — Contra antecedit: *ἐπὶ πᾶσι τούτοις* Mem. 1, 2, 25; *πάντα ταῦτα* Hell. 5, 2, 36; 7, 5, 18; Conv. 4, 39; *πᾶσι τούτοις* (*ἅπ. τ.*) Hell. 5, 3, 17; 7, 3, 8; *πάντες οὗτοι οὓς ὁρᾶτε βάρβαροι* An. 1, 5, 16, ubi *οὓς ὁρᾶτε* articuli vice fungitur, ut Hell. 6, 1, 4. *πᾶσιν ἡμῖν* (*ἅπ. ἡ.*) Hell. 2, 3, 51; 7, 1, 11; An. 2, 5, 40. Ac fuerunt, qui id nomen, quod gravius esset, priore loco poni arbitrarentur (Schneider. ad Isocr. 4, 67); alii rectius nihil interesse ad significationem putant (Lobeck. ad Ai. 1023; Schneider. ad Plat. civ. III, 226), praesertim cum codices in nulla re tam saepe inter se dissideant, quam in horum nominum collocatione (Lob. l. c.; Weber. ad Demosth. Aristocr. p. 181). — *αὐτός, ὁ αὐτός, ἀμφότεροι, ἄλλος* plerumque antecedunt: *αὐτὸς σύ* Conv. 4, 27; Oec. 7, 4; An. 7, 7, 39 (ubi v. Rehd.); *αὐτοὺς ὑμᾶς* Hi. 1, 24. Sic iam apud Homerum et Herodotum *αὐτός* cum pronomine tertiae personae coniunctum est, ut Od. 2, 190 *αὐτῷ οἱ*; *αὐτόν μιν* Od. 4, 244 pro *ἑ αὐτόν*, unde *ἑαυτόν* ortum est. Herod. 1, 24, 2; 2, 100, 2; 3, 72, 4. Kr. Dial. 51, 2, 7; contra *σὲ αὐτόν* Cyr. 5, 5, 20; 6, 1, 14. — *ἐξ αὐτῶν τούτων* Ath. resp. 2, 11; *ἐν αὐτῷ τούτῳ* 1, 4; *αὐτοῖς ἑαυτούς* An. 3, 2, 8, de qua collocatione iam supra egimus. — *τῷ αὐτῷ τούτῳ* Oec. 15, 1; 21, 4; 5; Hi. 7, 9; Lac. resp. 8, 3. Hell. 7, 4, 11; *κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον* Vect. 4, 15; *τὰ αὐτὰ πάντα* Oec. 19, 12. — *ἀμφότερα ταῦτα* Mem. 1, 1, 5; Oec. 7, 22; Hipp. 6, 3; *ἀμ-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

φοτέροις ἡμῖν Oec. 7, 7; 17, 1; 11, 1; Conv. 8, 7; Hell. 2, 4, 20; ἀμφοτέρους τούτους Hipparch. 7, 2; ἀμφότεροι ἑαυτοῖς Hell. 4, 8, 24. — ἄλλοι πολλοί (alii multi) Hell. 2, 2, 3; 3, 2, 26; Cyn. 13, 6; ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων Mem. 3, 9, 3. — ἄλλο οὐδέν An. 1, 5, 5; ἄλλο ὅπλον οὐδέν Hell. 5, 4, 3; αἰσχρὸν οὐδέν An. 1, 9, 3; 7, 6, 29. Sic οὐδείς in sermone titulorum semper postponitur (v. Muchau. obss. de sermone inscr. Att. p. 23). Ex his exemplis, quae facile augere possumus, satis apparet, quantopere scriptores fixum quendam verborum ordinem servare studuerint; consuetudine enim sermonis cotidiani certae loquendi formulae exstiterant.

Ac tantum erat studium verba inter se conexa arte coniungendi, ut nonnumquam ordinem verborum liberius immutarent. De qua verborum traiectione Haupt. op. II, 184 ss. docte et ingeniose, ut solet, disputavit. Docuit, ne simplicissimum quidem illum poetam Homerum ab hac libertate abhorruisse, ex cuius carminibus duo exempla attulit Od. 5, 155 παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ et 224 μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω, quibus haec addo: 3, 272; 5, 97; 15, 488; 22, 217; Il. 7, 197. Imitati sunt poetae Latini, velut Verg. Aen. 4, 83 illum absens absentem. Ab his traiectionis exemplis ex Homero petitis non multum absunt loci Xenophontis An. 5, 6, 2 ἠξίουν Ἕλληνας ὄντας Ἕλλησι τούτῳ πρῶτον καλῶς δέχεσθαι τῷ εὔνους τε εἶναι. Ἕλλησι enim, quod ex εὔνους pendet, quam proxime cum verbo Ἕλληνας coniunctum est; An. 3, 1, 30; Hell. 3, 2, 22. Hell. 3, 1, 11 ὁ ἀνήρ σοι ὁ ἐμὸς καὶ τἆλλα φίλος ἦν καὶ τοὺς φόρους ἀπεδίδου. 3, 5, 21 s. Xenophon verba ἐκ τούτου μεῖζον δὴ ἐφρόνουν (οἱ Θηβαῖοι) sequentibus ἐκ τούτου τὸ μὲν Θηβαίων πολὺ μεῖζον φρόνημα ἐγίγνετο venuste insolenti traiectione repetit πολύ adiecto vim verborum amplificans; genetivus autem Θηβαίων cum articulo praecedit propter sequentia ὁ δὲ Παυσανίας, ut ipsa verborum collocatione exprimatur, Thebanis animum crescere, Lacedaemoniis timorem iniectum esse. — Imprimis autem pronomen αὐτός traiciebatur, de quo usu post Lobeck. Ai. 906 Haupt. l. l. disputavit, qui monuit, ne forte putaremus poetas hunc inusitatum verborum ordinem metri necessitate coactos admisisse; immo tamquam orationis elegantiam traiectionem illam appetiverunt. Neque tamen negari potest plerumque poetas numerorum ratione ad inusitatiorem verborum ordinem invitatos esse, qui, cum in iambis neque αὐτὸς τὴν αὑτοῦ neque αὐτὸς τοὺς αὑτοῦ dicere possent, verba sic transposuerunt τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, τοὺς αὐτὸς αὑτοῦ. Contra metrum hanc collocationem αὐτὴ πρὸς αὐτήν (Soph. El. 285) commendat, quem verborum ordinem apud poetas non minus usitatum fuisse quam hyperbaton illud Sophocles probat, cum dixit αὐτὸς πρὸς αυτοῦ Ai. 906 et Ant. 1177; poterat enim dicere πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ. Hanc quoque αὐτός pronominis traiectionem poetae Romanorum imitati sunt, id quod iam Heinsius ad Ov. her. 9, 96 animadverterat, cuius exemplis Vahlen. ad Ov. her. nuper duo Vergilii (Aen. 4, 233 et 12, 638) addidit; quibus accedit loc. Ov. met. 11, 118. Idem Hauptius post alios docuit, ne prosam quidem Graecorum orationem omnino ab hac traiectione abhorruisse; debebat addere tantum recentiores scriptores, qui poetas imitarentur, hanc traiectionem pronominis αὐτός admisisse. Ex Atticis, qui quidem Xenophontis aequales essent, et ipse et Hugius, qui nuper ad Plat. Conviv. 185 c de eadem re disputavit, unum proferre exemplum potuit, quod Platoni (Alcib. II, 144 c) adscribitur: τὴν αὐτὸς αὑτοῦ (μητέρα); addo Aeschinis c. Ctes. 3, 233: reliqui scriptores omnes consulto hac liberiore collocatione videntur abstinuisse (de Isocrate cf. Schneider. ad 4, 127). Quae cum ita sint, coniecturam Cobeti probare non possum, qui An. 3, 4, 13 τοὺς αὐτὸς αὑτοῦ ἱππέας coniecit (N. 354); atque miror, Cobetum, qui alias omnia, quae ipsi inusitata viderentur, recidere studeret, hic vel contra libros traiectionem scriptoribus Atticis inusitatissimam Xenophontis scriptis inferre non dubitavisse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alia autem non ita dissimili pronominis *αυτός* collocatione Xenophon usus est Hell. 6, 5, 44 *τῶν παρόντων συμμάχων αὐτοῖς ἕνεκα προθυμίαν ἐνδείξασθαι*: sic enim cum optimis libris, qui inusitatum verborum ordinem servaverunt, legendum, cum ceteri *τῶν παρ. σ. ἕνεκα αὐτοῖς πρ. ἐνδ.* tradant, quo ordine verba inter se conectenda sane melius coniunguntur; *αὐτοῖς* autem ad verba *πρ. ἐνδ.* pertinere, ut significent diese Bereitwilligkeit ihnen zu erzeigen, ziemt sich aber auch um unsertwillen, die wir als Bundesgenossen anwesend sind, ea quae antecedunt docent *πᾶσαν προθυμίαν εἰς αὐτοὺς παρέχεσθαι*, ut verba *εἰς αὐτοὺς παρ.* verbis *αὐτοῖς ἐνδείξασθαι* respondeant. Eadem de causa, qua hic, ut iustum verborum ordinem restituerent, saepius a librariis mutatum est, ut An. 3, 4, 13 *ἦλθεν ἱππέας ἔχων* pro *ἱππέας ἦλθεν ἔχων* ABC. Porro An. 2, 1, 11 *τίς γὰρ αὐτῷ ἔστιν ὅστις τῆς ἀρχῆς ἀντιποιεῖται*, ubi *αὐτῷ* ad *ἀντιποιεῖται* pertinet; cf. Hell. 2, 2, 15 *Ἀρχέστρατος γὰρ εἰπὼν ἐν τῇ βουλῇ Λακεδαιμονίοις κράτιστον εἶναι ἐφ' οἷς προὐκαλοῦντο εἰρήνην ποιεῖσθαι ἐδέδη*, ubi dativus *Λακεδαιμονίοις* non cum *κράτιστον*, sed cum *εἰρ. π.* coniungendus est. An. 1, 9, 21 *οὕπερ αὐτὸς ἕνεκα*; 1, 8, 23 *τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν: αὐτοῦ* enim ex *ἔμπρ.* pendet. 3, 4, 13 *οὕς τε αὐτὸς ἱππέας ἦλθεν ἔχων*; Hell. 2, 3, 37 *τῆς μεγίστης αὐτὸν τιμωρίας τυγχάνειν*; 4, 8, 2 *πᾶσαι αὐτῷ αἱ πόλεις φίλιαι ἔσοιντο*; 5, 2, 29 *παραδοὺς τὴν βαλανάγραν αὐτῷ τῶν πυλῶν*; 6, 1, 6 *ἡ πολεμικὴ αὐτοῖς ἀρετὴ ... παρέχεται*; 6, 4, 6 *ἀποστήσοιντο αἱ περιοικίδες αὐτῶν πόλεις*; 7, 1, 18 *ἐδήωσαν πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν*, quam lectionem codicis D vulgatae *αὐτῶν πᾶσαν τὴν χ.* praeferendam esse puto, quippe quae inusitatior sit; cf. 4, 4, 19 *δηώσας πᾶσαν αὐτῶν τὴν χ.*, contra 4, 6, 4 *δηώσει πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν*. Cyr. 3, 2, 30 *εἰσόμεθα αὐτῷ ὅτι οὐδεμίαν χάριν ὀφείλομεν*, ubi librarius cod. D, ut iustum verborum ordinem servaret, *αὐτῷ* post *οὐδεμίαν* transposuit. Cum hac pronominis *αὐτός* traiectione conferas locos scriptorum Latinorum Caes. b. G. 7, 14 harum ipsis rerum copiam suppetere; 7, 64 sua ipsi frumenta corrumpant, al.

Similis est traiectio pronominum *ἕκαστος*, *οὗτος*, *τίς*, participii *ἔχων*, praepositionis *ἕνεκα*, qua Xenophon ita usus est, ut, nisi substantivum cum attributo coniunctum esset, non adhiberet. *ἕκαστος*: Cyr. 6, 2, 41 *τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος τάξιν* et *τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι χώρας*; 6, 3, 3 *κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἑκάστους τάξιν ἰέναι*; An. 5, 2, 21 *τοὺς σταυροὺς ἕκαστοι τοὺς καθ' αὑτοὺς διήρουν* (contra 7, 5, 13 *τὰ καθ' αὑτοὺς ἐκπίπτοντα ἕκαστοι λήζονται* A B C, cum D E F H, e quibus maxime D saepe verum servavit, *ἕκαστα ἐκπίπτοντα* legant; unde iam veteres *ἕκαστοι ἐκπίπτοντα* elicuerunt, id quod Krueger. iure mihi videtur probavisse; cf. Thuc. 7, 44). An. 5, 6, 37 *τοὺς αὐτοῦ ἕκαστον λοχαγούς*; Hell. 5, 1, 32 *ἀπήγγελλον ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πόλεις*; Lac. resp. 6, 1 *τῶν ἑαυτοῦ ἕκαστος καὶ παίδων καὶ οἰκετῶν καὶ χρημάτων ἄρχουσιν*. Neque difficile est cognitu hanc traiectionem plerumque ideo a scriptore adhibitam esse, ut *ἕκαστος* cum pronomine reflex. quam artissime coniungeretur. — *οὗτος*: Cyr. 7, 1, 32 *ἐν τῷ ἀδιηγήτῳ τούτῳ ταράχῳ*; An. 4, 2, 6 *ἡ στενὴ αὕτη ὁδός*; 5, 7, 29 *οἱ αὐθαίρετοι οὗτοι στρατηγοί*; 7, 3, 30 *τοὺς ἐμοὺς τούτους ἑταίρους*; Oec. 13, 8 *τῷ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ*; Hell. 2, 4, 41 *τῷ ἠδικημένῳ τούτῳ δήμῳ*; 5, 4, 60 *ἐν ταῖς αὐταῖς ταύταις ναυσίν*; 4, 5, 19 *πάνθ' εἷλε ταῦτα τὰ χωρία*; cf. 2, 3, 34 *τῆς ἄλλης ἁπάσης πόλεως*. — *τίς*: An. 2, 5, 32 *τῶν βαρβάρων τινὲς ἱππέων* (cf. Kuehner. ad h. l.); 3, 3, 4 *καὶ γὰρ τῶν Τισσαφέρνους τις οἰκείων παρηκολούθει*; 5, 7, 19 *τῶν ἀποφυγόντων τινὰς Ἑλλήνων*; Hell. 3, 3, 4 *τῶν τεταγμένων τινὰ θυσιῶν*. De eodem usu Isocratis v. Schneider. ad 5, 76; Hero-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dotus vel attributo non addito eadem traiectione ita utitur, ut dicat *τῶν τις Περσῶν, τῶν τις δούλων* al. Contra nonnumquam neutrum *τί* traiectione ab adiectivo suo seiungitur, velut Hell. 4, 1, 10 *ὅταν τι τοῖς φίλοις ἀγαθὸν ἐξευρίσκω*; 4, 8, 26 *ἄν τι τῇ πόλει ἀγαθόν*; 5, 2, 2 *εἴ τι σφίσιν ἀγαθὸν γίγνοιτο*; 6, 5, 32 *ἤδη τι ἐδόκει θαρραλεώτερον εἶναι*; An. 5, 6, 11, ubi cum melioribus codicibus *τὴν Σινωπέων τι χώραν κακόν* legendum; 6, 2, 26. Etiam a substantivo suo interdum seiungitur, ut Hell. 4, 5, 10 *εἰ δέ τι ἦν λοιπὸν δένδρον*; 4, 8, 33 *εἴ τι ... πλοῖον*; cf. 4, 1, 28 *οὐδὲν ἐγένετο βαρύτερον*; 4, 1, 32 *διπλοῦν ... οὐδέν*. — *ἔχων, ἄγων, λαβών*: An. 1, 2, 21; 2, 4, 9; Hell. 2, 2, 5; 3, 5, 6; 17; 4, 2, 5; 6, 3; 8, 19; 34; 5, 1, 10; 4, 65; 6, 2, 10; 7, 2, 11; 3, 3; 5, 4; 12; 4, 8, 29. — *ἕνεκα*: An. 1, 4, 5 *ταύτης ἕνεκα τῆς παρόδου*; 1, 4, 8 *τῆς πρόσθεν ἕνεκα περὶ ἐμὲ ἀρετῆς*; 5, 6, 11; Hell. 2, 3, 15; 5, 3, 16.

Transeo ad alia genera liberioris verborum collocationis. Constat genetivos *αὐτοῦ, αὐτῶν*, qui vulgo nomen, ad quod pertinent, sequuntur, interdum inter articulum et nomen poni (cf. Krueger. gr. 47, 9, 12; Kuehner. gr. 455, 5, 3). Id tum fieri solet, cum Latini ipse pro reflexivo ponunt, nos adiectivo eigen utimur, 'si, ut verbis Madvig. ad Cic. fin. 3, 12, 40 utar, in ipso homine vel re notanda et ab aliis separanda momentum orationis est', sive haec oppositio diserte expressa est, sive mente subaudienda. Neque mirum, ab editoribus saepissime spiritum lenem in asperum mutatum esse, quam temeritatem C. Fr. Hermann. iam a. 1830 (Gesammelte Abh. Göttingen, 1849 p. 66 s.) castigavit. Prudentius Sauppius egit, qui An. 5, 6, 16 libros mss. secutus *καταλογιζομένῳ τό τε αὐτῶν πλῆθος καὶ τοὺς περιοικοῦντας τὸν Πόντον* iure restituit; opponitur enim Graecorum ipsorum multitudo numero eorum, qui Pontum incolunt. Etiam 6, 2, 14 cum libris *ὅπως οὖν μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ οἱ αὐτῶν στρατιῶται ἐκπλεύσειαν* legendum est i. e. ipsi et ipsorum milites, ut oppositionis notio non solum pronomine *αὐτοί*, sed etiam verbis *οἱ αὐτῶν στρ.* indicata sit. Hell. 2, 3, 5 Saupp. verba *Λεοντῖνοι Συρακοσίοις συνοικοῦντες ἀπέστησαν εἰς τὴν αὐτῶν πόλιν ἀπὸ Διονυσίου καὶ Συρακοσίων* (haec enim libri mss. habent) recte explicat: in urbem ipsorum propriam. 3, 4, 12 traditum est *ὁ δὲ Τισσαφέρνης ... νομίσας ἐπὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς Καρίαν αὐτὸν (Ἀγησίλαον) ὁρμήσειν*, ut *τὸν αὐτοῦ οἶκον* ad Tissaphernem, *αὐτόν* ad Agesilaum pertineat; quorum alter hoc loco alteri opponitur, ut paullo supra *καὶ ὅτι ἡγεῖτο αὐτὸν* (Agesilaum) *ὀργίζεσθαι αὐτῷ* (Tissapherni). Hic quoque Saupp. librorum *αὐτοῦ* in *αὑτοῦ* mutavit collato loco 3, 2, 1 *Φαρνάβαζος νομίσας τὴν Αἰολίδα ἐπιτετειχίσθαι τῇ ἑαυτοῦ οἰκήσει Φρυγίᾳ σπονδὰς εἵλετο*. At si in priore loco *ἐπὶ τὸν αὑτοῦ οἶκον* legimus, facile ad Agesilaum referas, quod *Ἀγησίλαον* subiectum infinitivi est; Latine: Tissaphernes arbitratus Agesilaum in Cariam, in ipsius provinciam (non suam; *οἶκος* i. e. quod provincia ut An. 2, 4, 8; Hell. 3, 2, 12) profecturum esse; v. Nep. Ages. 3, 1 barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria, eo potissimum hostis impetum facturos. Eadem verba deprehendimus Ag. 1, 15, ubi Saupp. *τὸν αὐτοῦ οἶκον* librorum non mutavit. 1, 4, 16 verba *αὐτῷ μέν* verbis *τοῖς δ' αὐτοῦ ἐχθροῖς* aperte contraria sunt. Cyr. 1, 1, 5 *τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν οὔτε αὐτῷ* (neque ipsi) *ὁμογλώττων ὄντων οὔτε ἀλλήλοις ... ἐδυνάσθη δὲ ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν τοσαύτην τοῦ πάντας αὐτῷ* (ipsi) *χαρίζεσθαι, ὥςτε ἀεὶ τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ἀξιοῦν κυβερνᾶσθαι*: ut non suo consilio regi vellent, sed ipsius. 3, 2, 27 ne dubitari quidem potest, quin verba *τὰ αὐτῶν πράγματα* verbis *τὰ ἐκείνων* opposita sint. Conv. 4, 22 *ἡ μὲν αὐτοῦ ὄψις εὐφραίνειν δύναται* aperte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verbis *ἡ δὲ τοῦ εἰδώλου τέρψιν οὐ παρέχει* respondent. Hi. 3, 2 *συνήδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς* scribendum est, ut haec sit sententia: non suis solum rebus secundis gaudent, sed etiam amici, ubi *ἑαυτοῦ* librorum ne ferri quidem potest. Hipparch. 4, 17 *τὶ ἀσθενέστερον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως* maioribus ipsius ducis equitum copiis minores hostium oppositae sunt; ad illum enim *αὐτοῦ* referendum esse ex superioribus verbis apparet *ἐγὼ δὲ πάντων ἄριστον νομίζω εἶναι τὸ αὐτὸν (τὸν ἵππαρχον) πειρᾶσθαι, ἢν ᾖ ποθεν ἐξ ἀσφαλοῦς, θεώμενον τοὺς πολεμίους ἀθρεῖν, ἤν τι ἁμαρτάνωσιν.* Itaque Dindorfii coniecturam *αὑτοῦ* reiciendam esse censeo. Etiam Oec. 1, 22 cum libris *τελεῖν εἰς τὰς αὐτῶν ἐπιθυμίας* legendum est; respondent enim haec verba superioribus *ἃ ἂν αὐτοὶ ἐργάσωνται.* Alia de causa duobus locis *αὐτῶν* interpositum videtur esse Hell. 7, 1, 20 *οἱ Θηβαῖοί τε καὶ οἱ ἄλλοι αὐτῶν σύμμαχοι* et Cyr. 8, 8, 3 *τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ*: interdum enim *μοῦ, σοῦ, αὐτοῦ* inter articulum et nomen, quod cum attributo coniunctum est, collocantur; v. Krueger. gr. 47, 9, 16.

Huic inusitatae genetivorum *αὐτοῦ, αὐτῶν* traiectioni contraria est audacior pronominis reflexivi collocatio; cuius genetivus, cum vulgo inter articulum et nomen suum ponatur, interdum eadem de causa, qua *αὐτοῦ* a sua sede recedit, postponitur. Ut Hell. 4, 4, 1 *ὁρῶντες δ' οἱ Κορίνθιοι ἑαυτῶν μὲν καὶ τὴν χώραν δῃουμένην καὶ ἀποθνήσκοντας, τοὺς δὲ ἄλλους συμμάχους ἐν εἰρήνῃ ὄντας* multo aptius dictum est, quam si esset *ὁρῶντες τὴν ἑαυτῶν χώραν δῃουμένην*, praesertim cum genetivus *ἑαυτῶν* etiam ad participium *ἀποθνήσκ.* pertineat; opponuntur enim per chiasmum, quem vocant, verba *ἑαυτῶν μὲν τ. χ. δ. κ. ἀποθν.* insequentibus *τοὺς δ' ἄλλους συμμάχους καὶ αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ ὄντας καὶ τὰς χώρας αὐτῶν ἐνεργοὺς οὔσας.* 5, 2, 3 *τῷ πατρὶ αὑτοῦ* recte melioribus codicibus traditum est, cum verba opposita sint verbis *Ἀγησίπολις δὲ ἐξήγαγε . . . . Παυσανίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* 7, 3, 12 *τοὺς εὐεργέτας ἑαυτῶν* scriptum est, ut subaudiendum sit: eos, qui de ipsis bene meruerunt, licet alii aliter de eis iudicent. Nonnumquam autem certam causam, cur genetivus pron. refl. postpositus sit, cognoscere non possumus, velut Cyr. 6, 2, 40 *πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑαυτῶν*; Mem. 2, 2, 1, ubi cum bonis codicibus et Stobaeo *τὸν πρεσβύτατον υἱὸν ἑαυτοῦ* vel *αὑτοῦ* legendum est. Diversa est ratio loci An. 2, 6, 19 *οὐ μέντοι οὔτ' αἰδῶ τοῖς στρατιώταις ἑαυτοῦ οὔτε φόβον ἱκανῶς ἐμποιῆσαι*, ubi *ἑαυτοῦ* cum *αἰδῶ* et *φόβον* coniungendum est. Sic saepe genetivus a nomine suo inusitatius disiungitur, velut Hell. 6, 4, 18 *τὸν υἱὸν ἐκέλευεν αὐτοῦ* et 2, 2, 2 *καταλιπὼν δὲ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος Σθενέλαον ἁρμοστὴν Λάκωνα*, ubi minime cum Hertleinio traiciendum est *Β. καὶ Κ. ἁρμ. Σθεν. Λ.* Conferas genetivos ex *τίς* (v. Schneider. ad Isocr. 7, 54; Maetzner. ad Lycurg. p. 236), *ἕνεκα* (An. 1, 9, 21; Hell. 6, 5, 44), *μεταξύ* (Hell. 3, 2, 30), *ἔμπροσθεν* (An. 1, 8, 23), *ὕστερον* (Hell. 5, 1, 35) aptos; Hell. 6, 5, 15 *ὑπὸ τοῖς πρὸς ἑσπέραν ὄρεσι τῆς Μαντινείας.* Porro compares genetivos ex pronomine relat. suspensos, qui aut compluribus verbis ab eo dirimuntur, ut An. 1, 7, 13; 2, 5, 27; 3, 1, 35; aut praecedunt, ut An. 2, 2, 14; 3, 3, 8; 4, 3; de eadem lege iam ab Homero observata v. Ameis. Anhang ad Od. 5, 448.

Contra genetivus partitivus nonnumquam contra leges grammaticorum inter articulum et nomen ponitur, id quod rarissimum est (v. Krueger. gr. 47, 9, 11; Kuehner. gr. 464, 3), velut Hell. 7, 4, 34 *οἱ τῶν ἀρχόντων διακεχειρικότες τὰ ἱερὰ χρήματα*; An. 1, 8, 28 *ὁ πιστότατος αὐτῷ τῶν σκηπτούχων θεράπων*, ubi Cobetus *θεράπων* deleri vult coll. 1, 6, 11 *τοῦ πιστοτάτου τῶν Κύρου σκηπτούχων*; Hi. 9, 7 *τοῖς εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐρρωμένως τρεπομένοις; Cyn. 1, 12 τοὺς τῶν Ἑλλήνων πρώτους, loco spurio, ut videtur. Qua in re observandum est, una cum genetivo fere aliud vocabulum interpositum esse, id quod cum eis, quae supra de gen. αὐτοῦ interposito docuimus, optime congruit. Unum vero novi genetivum partitivum, qui semper traicitur, genet. πάντων. Fuerunt quidem, qui πάντων ἄριστος similia gen. comparativum esse contenderent (v. Kuehner. gr. 420, 1, adn. 1). Nemo autem, quantum scio, articulo praecedente gen. partit. esse negavit, ut hic de traiectione dubitari non possit; cuius usus haec affero exempla: Hell. 2, 3, 49 τὰ πάντων ἐσχατώτατα; 52; 4, 17; 22; 4, 4, 2; 6, 3, 8; 7, 3, 11; Cyr. 5, 5, 24; 7, 5, 82; Oec. 7, 42; 11, 3; Hi. 9, 7; 11, 5; Lac. resp. 10, 8. Duplicem gen. part. interpositum videmus in Soph. Oed. Col. 119 s. ὁ πάντων ὁ πάντων ἀκορέστατος. Neque difficile est cognoscere, cur hunc genetivum semper ita collocaverint; tam arte enim cum adiectivo suo cohaeret, ut cum eo quasi in unam vocem coierit; sic nos quoque der allerbeste. Eadem de causa ὁ πᾶς ἀριθμός al. dicebant. Conferas etiam adiectiva πάγκακος, πάγκαλος, πανάγαθος, et maxime cum superlativis coniuncta, velut πανάριστος, πανέσχατος, παγκάκιστος al.

Porro attributum vel pars attributi, ubi nomen, ad quod refertur, cum altero attributo coniunctum est, ne plura verba inter articulum et substantivum intercedant, non ita raro audacius traicitur. Nam cum vulgo αἱ Ἑλληνίδες πόλεις dicerent (Hell. 3, 1, 5; 4, 8, 14; 5, 1, 31; 6, 4, 32), Hell. 4, 3, 15 οἱ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων Ἑλληνίδων et 4, 8, 26 τὰς ὑπὸ τῇ Θρᾴκῃ οἰκούσας πόλεις Ἑλλ. habemus. Accedunt loci Hell. 7, 5, 21 πρὸς τὰ πρὸς ἑσπέραν ὄρη καὶ ἀντιπέραν τῆς Τεγέας, ubi multi cum Moro non necessario κατ' ἀντιπέραν scripserunt; Hell. 3, 4, 1; 11 (bis, coll. 3, 4, 23); 5, 3; 15; 4, 3, 2; 6, 14; 8, 20; 5, 1, 35; 2, 4; 41; 6, 5, 15; 17; 27; 35; 36; 7, 1, 39; 4, 33; An. 2, 1, 6; 5, 2, 6; Cyr. 8, 6, 6. Hi. 3, 3. Quorum nonnulla cum C. Fr. Hermanno (Abh. p. 63 s.) sic explicare poterimus, ut attributum cum substantivo in unam quasi notionem coaluisse dicamus, ut πόλεις Ἑλληνίδες (accedit, quod articulo omisso semper hunc verborum ordinem servavisse videntur, v. Dindorf. ad An. 5, 1, 1), φιλία πρὸς τὸν ἄνδρα (Gattenliebe). Plurima autem, ne attributa post articulum moleste cumularentur, videntur admissa esse; quae postpositio e sermone cotidiano sumpta est (v. Muchau. l. c. p. 14). Eodem postpositio participii pertinet, velut Cyr. 6, 1, 18 οὐ γὰρ δυνήσονται τῶν ἐγγὺς ἑαυτῶν κακῶν ὄντων ἀμελοῦντες τοῖς πρόσω ὑμῖν ἐπιβουλεύειν pro τῶν ἐγγὺς ἑ. ὄντων κακῶν; 8, 1, 38; Hell. 1, 1, 23; 2, 1, 1; 4, 10; An. 2, 1, 12; 7, 7, 32; Ag. 1, 34.

Transeo ad liberiorem collocationem participii καλούμενος eiusque similium; nam hac quoque in re Xenophon libertate quadam uti quam semper sibi constare maluit. Quamquam longe plurimis locis legem servavit, quae inter articulum et participium nomen, quo quid appelletur, poni iubet; ut Mem. 2, 1, 14; 4, 2, 22; Hell. 1, 3, 20; 2, 4, 30; 3, 1, 7; 3, 8; 5, 3, 9; 6, 2, 31; 4, 14; An. 1, 2, 13; 8, 10; 25; 2, 4, 12; 5, 4, 15; 6, 1, 7; 7, 1, 24; 33; 4, 11; 5, 1; 12; Cyr. 2, 1, 3; 9; 6, 3, 25; 8, 2, 10; Oec. 1, 13; 4, 2; 3; 13; 8, 12; Hipp. 1, 3; 3, 5; 7, 13; 12, 5; Cyn. 13, 1. ἐπικαλούμενος Hell. 2, 4, 6; Conv. 6, 6; Hi. 1, 31; Mem. 1, 4, 2. λεγόμενος An. 1, 10, 2 τὴν σοφὴν καὶ καλὴν λεγομένην εἶναι (quem infinitivum ut inutilem Dindorf. ad Mem. 1, 6, 13 deleri vult: at non ita raro additur, Hell. 3, 3, 2; 5, 4; 6, 3, 8; An. 4, 4, 21; 7, 6, 37); Oec. 7, 40; 12, 20; 19, 14. φάσκων An. 4, 4, 21. νομιζόμενος Cyr. 1, 6, 14; 2, 1, 31; 3, 1, 23; An. 7, 6, 37; Lac. resp. 4, 4. Rarius nomen et adiectivum praecedunt: Cyr. 1, 2, 3; 13; An. 5, 6, 4; Hell. 5, 1, 36. Nonnumquam liberius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

collocat participium ita, ut nomini praecedat: Mem. 1, 1, 11 ὁ καλούμενος κόσμος; Cyr. 1, 1, 2; Oec. 6, 16; Hell. 3, 5, 4; 6, 3, 8. Unum addo locum, in quo Cobet. N. 306 molestissimum additamentum invenisse sibi visus est, Hell. 2, 2, 8, ubi haec verba in libris mss. sunt ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ. Cobet. igitur verba τῷ κ. γ. delenda esse censet negans Xenophontem talia additurum fuisse, cum Academia unum omnium nobilissimum gymnasium esset; quasi vero tali abundantia loquendi uti ei non licuerit. At fortasse verba ipsa clamant locum esse interpolatum, cum expectaveris ἐν τῷ γυμν. τῷ Ἀκ. κ. Qua de causa alii verba coniectura emendare studuerunt (v. Hertlein. l. c. 3, 16). Equidem sic explicaverim, ut Ἀκαδημείᾳ inter τῷ et καλουμένῳ cogitatione repetendum esse dicam, breviloquentia quadam, qua Xenophontem saepissime usum esse infra docebimus, ut sit ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ, cui attributum accedit τῷ Ἀκ. καλουμένῳ γυμνασίῳ.

Hinc paullum digressus moneo non solum ἀποκαλεῖν, ut vulgo putant, sed etiam ἐπικαλεῖν de cognomine ignominioso vel illudenti dici; quorum altero Xenophon his locis usus est: Mem. 1, 2, 6; 57; 6, 13; 2, 2, 1 ἀποκαλοῦσι τοὔνομα τοῦτο scil. ἀχαρίστους; altero Conv. 6, 6; Mem. 1, 4, 2; Hell. 3, 1, 8. Semel de eadem re utroque verbo usus est Hell. 2, 3, 47 ἀποκαλεῖ δὲ κόθορνόν με, cum antea 2, 3, 31 dixisset ὅθεν δήπου καὶ κόθορνος ἐπικαλεῖται. Utrum praeferendum sit, ex sola codicum auctoritate pendet. Concedendum tamen est ἐπικαλεῖσθαι potius de honorificis cognominibus usurpari, velut Hell. 2, 4, 6; Hi. 1, 31. Contra semel Xen. verbo ἀποκαλεῖν de honorifico cognomine usus est Hipp. 10, 17; qui locus a Schneidero (ad Isocr. 4, 80) neglectus est, cum omnino negat apud optimos scriptores ἀποκαλεῖν sic adhiberi. Utrumque autem per se et in bonam et in malam partem dici posse, ex ipsa natura praepositionum, quibuscum verba composita sunt, apparet. Nam ut ἐπικαλεῖν significat, nomini aliquid insuper addi atque accedere, veluti ἐπωνυμία est quasi accessio novi nominis, sic ἀποκαλεῖν declarat, unde cognomen sumptum sit; idem praepositio ἀπό in verbis compositis ἀπεικάζειν, ἀφομοιοῦν, ἀπομιμεῖσθαι valet. Respondet igitur nostro nach in nachbilden, nachahmen. Conferas, quaeso, locum Mem. 3, 10, 1—3, qui optime usum illum praepositionis illustrat. Itaque eis assentiri non possum, qui putant praepositionem ἀπό huius verbi vim augere, ut crebro vel magna voce vocare sit; id quod potius ἀνακαλεῖν: An. 6, 6, 7 τὸν προδότην in malam partem; Cyr. 3, 3, 4 τὸν εὐεργέτην in bonam partem. Immo ἀποκαλεῖν ex magno numero eorum verborum est, quorum praepositio quasi abundat. Nam cum ἐπωνυμίαν ἔχειν ἀπό τινος (Thuc. 1, 46) et saepissime ὄνομα ἔχειν vel καλεῖσθαι ἀπό τινος dicerent, pro simplici καλεῖν composito ἀποκαλεῖν utebantur; eadem ratione ἀπομιμεῖσθαι et ἐκμιμεῖσθαι orta sunt. Eiusmodi compositis lingua Graecorum inde ab Homeri temporibus abundat; cf. ἐπιμάρτυροι Od. 1, 273; ἐπιβουκόλος 3, 422, cuius praepositio verbis Xenophontis Mem. 2, 3, 9 ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος κύων explicatur; 13, 222 ἐπιβώτωρ; 405 ἐπίουρος; 4, 386 ὑποδμώς; ὑφηνίοχος, ὑποδρηστήρ al. Addo compositum ἐπιγελᾶν (Cyr. 2, 2, 22; 3, 1, 43; 6, 1, 2; 7, 1, 20; Hi. 1, 31) eiusque similia ἐπιμειδιᾶν Cyr. 2, 2, 16; ἐπεγγελᾶν Cyr. 5, 5, 9; An. 2, 4, 27; ἐπισκώπτειν Mem. 4, 4, 6, quae cum ἐπί composita sunt, quod vulgo γελᾶν ἐπί τινι dicebant, id quod vel pueris notum est. Non notum videtur esse Xenophontem semper γελᾶν cum praepositione ἐπί coniunxisse, numquam solum dativum addidisse: Mem. 4, 2, 5; Cyr. 2, 2, 5; 10; 16; 3, 20; 4, 5, 55; 7, 5, 55; An. 5, 4, 34; Oec. 2, 9; 7, 3; Conv. 1, 14; 2, 17; 18; 23; 3, 10. Semel τόδε γελᾶτε dixit Conv. 2, 19; sic enim plerumque acc. neutr. verbis, quae alias alium casum regunt, adicitur, ut a masculino genere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

discernere possis (v. Cobet. N. p. 445; ut dicebant *οὐδὲν προέχειν, τί μέμνησαι*). Videant igitur grammatici, num verbo illi *μέγα φρονεῖν*, cui uni semper praepositionem *ἐπί* addendam esse docent, *γελᾶν ἐπί τινι* adiciendum sit. Certe *γελᾶν τινι* potius poetarum (cf. Soph. Ai. 956; 1043; Eur. Tro. 407; Bacch. 830; Iphig. Taur. 277) videtur esse, de qua re v. Brunck. ad Arist. Equ. 696. Similiter Xenophon *ἀναγελᾶν ἐπί τινι* Cyr. 6, 1, 34; *γέλως ἐγένετο ἐπὶ τούτοις* 8, 4, 12; *ἐξεκάγχασεν ἐπὶ τῷ οἰκτισμῷ* Conv. 1, 16; *δακρύειν ἐπί τινι* (unde *ἐπιδακρύειν*) Cyr. 7, 3, 8 dixit.

Eadem de causa *ἀποζῆν* pro simplici *ζῆν* dicebant, ut Thuc. 1, 2 *νεμόμενοι τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν*, ita agros suos colentes, ut inde viverent. Quae praepositio cum abundanter addita sit, cave cum Cobet. (N. 743) Ath. resp. 1, 15 pro *ὅσον ζῆν ὅ. ἀποζῆν* legas. Nihil autem tritius quam *ζῆν ἀπό τινος*: Mem. 1, 2, 14; Hell. 2, 3, 12; An. 6, 1, 1; Oec. 5, 2; Hipparch. 8, 8; *ζῆν ἔκ τινος* Hell. 3, 2, 11; *τρέφεσθαι ἀπό τινος* Mem. 4, 3, 10; Oec. 5, 13; Hipparch. 8, 8; Lac. resp. 7, 1. *τρέφεσθαί τινι* dicebant de victu, quo vescuntur, ut An. 4, 5, 25; 5, 4, 32; 6, 5, 20; *τρέφεσθαι ἀπὸ τῆς ὥρας* Hell. 2, 1, 1. *τρέφειν ἑαυτὸν ἀπό τινος* Mem. 2, 7, 6; *τρέφειν ἀπό τινος* Hell. 4, 8, 9; 12; *τρέφειν τινὰ ἀπό τ.* Hell. 7, 4, 33; *βίος ἀπὸ τῆς θαλάττης* Hell. 7, 1, 4; *βίος ἀπὸ σιδηρείας* An. 5, 5, 1; *τὸν βίον ποιεῖσθαι ἀπὸ γεωργίας* Oec. 6, 11; *τὸν βίον ἔχειν ἀπὸ λῃστείας* An. 7, 7, 9; *βιοτεύειν ἀπὸ πολέμου* Cyr. 3, 2, 25; *τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι ἀπό τινος* Oec. 6, 8, qui locus optime hunc usum praepositionis *ἀπό* illustrat; *ἀπὸ κοινοῦ τροφὴν γενέσθαι* Vect. 4, 33; *χρημάτισιν ἀπὸ γεωργίας* Oec. 20, 22; *πλουτίζεσθαι ἀπὸ βοσκημάτων* Mem. 2, 1, 28; *πλουτίζειν ἀπό τ.* Mem. 3, 6, 7; *κερδαίνειν ἀπό τ.* Mem. 2, 9, 4; 3, 5, 16; *πρόςοδος ἀπό* et *ἔκ τινος* (reditus ex) An. 7, 1, 27; Oec. 2, 11; Vect. 3, 14; 4, 49; *ὠφελεῖσθαι ἀπό τινος* Mem. 3, 3, 15; Oec. 20, 29 (ubi Saupp. *ἀπό* restituit); *λαμβάνειν τι ἀπό* et *ἔκ τ.* Mem. 2, 7, 2; 9, 4 (ubi Dindorf. docet, quid intersit inter *λαμβάνειν τι ἀπό τ.* et *παρά τ.*); *τὸ ἀπὸ τῶν αἰχμαλώτων ἀργύριον* An. 5, 3, 4; *καλῶς πάντα ἔχοντες ἀπὸ τῆς γεωργίας* Oec. 3, 5; *χάριν κτᾶσθαι ἀπὸ τῶν ἴσων* Hi. 8, 2; *δαπανᾶν ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων εἴς τι* Hi. 11, 1. Consimilis est is usus praepositionis *ἀπό*, qui nostro für respondet: *ἀπὸ τεττάρων ταλάντων* Hell. 4, 2, 7; *ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων* Hell. 6, 1, 3; An. 1, 1, 9; 2, 6, 5; 5, 3, 9; 6, 15; Cyr. 3, 3, 3; 7; Oec. 3, 1; Ath. resp. 1, 11; 3, 3; Vect. 4, 40; Mem. 2, 1, 25. Vides, quo iure Meisterhans. (Gramm. der att. Inschr. 1885, p. 101) dixerit, hanc praepositionis vim, quae etiam in titulis invenitur, singularem esse: immo usitatissima est. Contrarium est *δαπανᾶν εἰς* (cf. Latin. pecuniam dare in aliquid, similia), ut Hi. 11, 1 *δαπανᾶν ἀπὸ τῶν ἰδίων χρημάτων εἴς τι*; Mem. 1, 3, 11; 3, 4, 5; Cyr. 2, 2, 15; 4, 11; 8, 3, 44; An. 1, 3, 3; 2, 6, 6; Hipparch. 1, 19; Oec. 3, 6; 7, 36; Hi. 8, 9; 10, 8; 11, 1; Hipparch. 1, 19; rarius *δαπανᾶν ἀμφί τι* An. 1, 1, 8; Vect. 4, 8; cf. *ἡ περὶ τὸ τεῖχος δαπάνη* Hell. 6, 5, 5. *ἡ εἰς τὸν πόλεμον δαπάνη* Vect. 6, 1; *προςδαπανᾶν εἰς* Vect. 3, 6; *καταδαπανᾶν εἰς* Cyr. 6, 2, 30; Vect. 5, 12; *τὰς δαπάνας εἰς τὰ καθ' ἡμέραν, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς φυλακάς* Hi. 4, 9; *ἀναλίσκειν εἰς* Hell. 6, 1, 2; Cyr. 2, 4, 9; Oec. 3, 5; Hi. 11, 1; *τελεῖν εἰς* Cyr. 8, 1, 13; Hi. 11, 1; Oec. 1, 22; *χρήματα συμβάλλειν εἰς* Hell. 3, 5, 13; 6, 2, 1; 5, 5; Cyr. 3, 1, 31; An. 1, 1, 9; *μισθὸς εἰς ξένους* An. 1, 1, 10; *χρήματα διδόναι εἰς τὴν στρατιάν* An. 1, 2, 27; Hell. 5, 3, 10; *κῶμαι εἰς ζώνην δεδομέναι* An. 1, 4, 9; *χρήματα τίθεσθαι εἰς* Vect. 4, 24; *τρέφεσθαι εἰς δασμόν* An. 4, 5, 24; *χρῆσθαι εἰς* An. 1, 4, 15; 3, 4, 17; Cyn. 12, 13; saepissime *χρήσιμος, ὠφέλιμος, κερδαλέος, ἀγαθός εἰς*, ut Oec. 3, 9; 5, 11; 6, 4; Cyn. 12, 11; 13, 11;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

προςδεῖσθαι χρημάτων εἰς τὰς ἀναγκαίας δαπάνας Hi. 4, 11. Hic usus praepositionis *εἰς* dignus esse mihi visus est, quem exemplis illustrarem, quod Kuehner. in gramm. eum ne titigit quidem. —

Restat, ut de liberiore adverbiorum et particularum collocatione disputem, qua ne Homerus quidem omnino abstinuit, apud quem *καί* interdum a nomine, ad quod refertur, seiunctum est, velut Od. 3, 44; imitati sunt poetae Latini (Ov. Met. 8, 279; 280; 13, 262 al.). Nam cum adverbium vulgo nomini ipsi, ad quod pertinet, praecedat, interdum insolentius postponitur, qua collocatione vis eius augetur, aut uno vel compluribus vocabulis a nomine suo ita seiungitur, ut aut antecedat, aut postponatur; cuius usus plurima exempla collegit Rehd. ad. An. 6, 6, 34 et 7, 6, 28, post quem actum agerem, si exempla vellem congerere. Unum commemoro locum Hell. 2, 4, 17, ubi Cobet. pessime verba traiecit scribens *πλούσιος ὢν οὕτω καλοῦ*; legendum est cum codicibus *οὕτω πλούσιος ὢν καλοῦ* coll. Conv. 4, 40; Hell. 3, 4, 15; Cyr. 2, 2, 13; Mem. 4, 7, 2; 8, 1; Hi. 1, 1.

Idem pertinet ad *ἀεί*, quae vocula saepe eam habet vim, ut idem sit quod *ἑκάστοτε*, jedesmal. Huius adverbii usitatior quidem est collocatio post articulum, velut *οἱ ἀεὶ βασιλεῖς*, *ὁ ἀεὶ βουλόμενος* (An. 3, 2, 31; 38; 4, 7, 23; 5, 4, 15; 7, 5, 15); interdum autem insolentius antecedit (v. Krueger. de Dionys. p. 252; Maetzner. ad Lycurg. p. 309 s.): *ἀεὶ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στρατεύματος ἐφείπετο* An. 4, 1, 7, qui usus breviloquentia quadam sic explicandus est, ut *ἀεί* non solum ad *ἐφείπετο*, sed etiam ad *ὑπερβάλλον* referendum sit; Hell. 2, 1, 4; Cyr. 1, 4, 3; 5, 4, 50; 7, 1, 1; 4, 2; Mem. 1, 6, 7; 4, 8, 10; Oec. 8, 7. Post participium collocatum est Hell. 1, 2, 10 *τῷ βουλομένῳ ἀεί*; 2, 4, 8 (bis); Cyr. 2, 1, 30; 3, 2; 5, 3, 45; 7, 1, 20; Mem. 1, 1, 10; Oec. 18, 5; 19, 19 (v. Schneider. ad Isocr. 4, 52).

Etiam negatio nonnumquam traicitur, ut Hell. 5, 3, 13 *ἦν δὲ οὐ τῷ Ἀγησιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα* (die Sache war dem Ages. nicht unerwünscht), ubi Cobet. (N. 365) *οὐδὲ τῷ Ἀ.* coniecit. An. 2, 5, 12 *ὅςτις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι*, ubi tamen codd. meliores *βούλεταί σοι* habent; cf. Od. 4, 352 *ἐπεὶ οὔ σφιν ἔρεξα τελήεσσας ἑκατόμβας*. Diversa est ratio locorum An. 1, 4, 5 *οὐ τοῦτ' ἐποίησεν, ἀλλά*; 3, 1, 7 *ὅτι οὐ τοῦτο πρῶτον ἠρώτα, ἀλλά*; An. 5, 6, 10 *οὐ χαλεπὴν εἶναι νομίζω — ἀλλὰ παντάπασιν ἀδύνατον*, quibus locis inusitata negationis sedes vi oppositionis explicatur; cf. An. 2, 1, 9; 6, 11; 3, 1, 12.

Saepissime vero, ut ad traiectionem particularum transeamus, *μέν* et *δέ* a sede sua recesserunt (v. Maetzner. ad Lycurg. p. 270; Schneider. ad Isocr. 5, 131), ut Hi. 1, 9 et Cyr. 1, 2, 11 (*πῶς ἡδὺ μὲν — πῶς δὲ ἡδύ*); An. 1, 8, 6 *ὡπλισμένοι θώραξι μὲν αὐτοί* (pro *αὐτοὶ μὲν*) — *Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλήν*, cuius usus Krueger. immemor erat, cum *μὲν αὐτοί* librorum ex praegresso *μετ' αὐτοῦ* ortum delendum esse censeret (ed. Hal. Sax. 1826). At ex ipsis praecedentibus verum cognoscere poterat, ubi verba *ἱππεῖς μὲν ἔστησαν ἐν τῷ δεξιῷ* verbis *ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ Ἀριαῖος* respondent. Idem de An. 1, 9, 5 *Κῦρος αἰδημονέστατος μὲν πρῶτον τῶν ἡλικιωτῶν ἐδόκει εἶναι· ἔπειτα δὲ κτλ.* recte iudicavit, cum adnotavit: expectabam *πρῶτον μὲν αἰδ.*, sed simili anacoluthia Thuc. 8, 48. Porro An. 7, 2, 23 *ἠσπάζοντο μὲν πρῶτον ἀλλήλους· ἔπειτα δὲ κτλ.* 2, 1, 7 *οἱ μὲν ἄλλοι βάρβαροι, ἦν δ' αὐτῶν Φαλῖνος, εἷς Ἕλλην*, pro *εἷς δ' ἦν*; 3, 1, 35; 2, 13; 4, 27; 4, 1, 27; 6, 8; 5, 3, 1; 4, 23; 5, 10; Hi. 3, 8. Eadem in re Dindorf. et Cobet., securi de usu dicendi Xenophontis, saepius peccaverunt, quorum alter Cyr. 7, 1, 3 verba *ὡρμᾶτο μὲν ἐν δεξιᾷ ἔχων Χ., ἐν ἀριστερᾷ δὲ Ἀ.*, alter (N. 351) Hell. 5, 1, 33 *διέπεμπε τῶν μὲν ἱππέων, διέπεμπε δὲ καὶ ξεναγούς* con-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iecturis temptavit. Neque Hell. 2, 4, 14 verba *ἔχοντες γὰρ ὅπλα μὲν ἐναντίοι αὐτοῖς καθέσταμεν· οἱ δὲ θεοὶ ἡμῖν συμμαχοῦσι* traicienda erant. Nonnumquam autem codices ipsi discrepant, ut difficile sit discernere, quid praeferendum sit, velut Mem. 1, 6, 11; Hell. 6, 2, 37. Cyn. 2, 7 et Hipp. 1, 13 *μέν* quo loco in libris positum est, omnino ferri non potest.

Haec fere habui, quae de inusitata verborum collocatione proferrem. Pergo ad liberiorem usum articuli, ut exemplis doceam, ne hic quidem omnia, quae a praeceptis grammaticorum recedunt, mutanda esse. Nam cum Graeci, ut inde initium faciam, plerumque satis usitata formula loquendi *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* dicerent, An. 3, 4, 35 in melioribus libris *ὡς ἐπὶ πολύ* scriptum est, ad quem locum Sauppius haec adnotat: ubique vero *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* scribendum videtur esse, collato Hertleinii libello de Anabasi scripto 7 sq. Cui reliqui editores omnes, nisi fallor, assensi sunt. Dindorf. quidem, qui antea libros mss. secutus erat, ad Cyr. 5, 5, 39 et Hipp. 1, 12 articulum restituendum esse putat. Nam sic fere traditum est, velut An. 3, 1, 43 *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*. At eadem de causa etiam *ἐπὶ τὸ πολύ* mutandum est, quod interdum invenitur, ut An. 3, 1, 42 (ABC), ubi eidem Dindorf. et Saupp. *ὡς* contra libros addiderunt. Equidem neque *ὡς ἐπὶ πολύ* neque *ἐπὶ τὸ πολύ* mutaverim: immo consulto Xenophontem, ne bis eodem loco eadem formula uteretur, An. 3, 1, 42 s. verba variasse puto. Accedit, quod utrumque etiam alibi traditum est, alterum *ὡς ἐπὶ πολύ* Hipp. 1, 12, ubi eidem *τό* addiderunt, alterum *ἐπὶ τὸ πολύ* Cyn. 10, 6; 23; 5, 24; 6, 18; 9, 18. Quid, quod etiam *ὡς τὸ πολύ* (Lac. resp. 5, 5), *ὡς τὰ πολλά* (Oec. 11, 17; Cyr. 6, 3, 3), *εἰς τὰ πολλά* (Cyn. 7, 12), *τὰ πολλά* (Hell. 6, 2, 30) inveniuntur, cum quo plurali conferas *ἐπ' ἀγαθοῖς* Hell. 6, 5, 33 pro singulari, qui in hac formula dicendi usitatior est (Hell. 5, 2, 35; Cyr. 5, 5, 35; Hell. 5, 4, 30 *ἐπὶ κακῷ*); Hell. 7, 1, 1; 13; 45 *ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις* pro trita formula *ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ*; 7, 5, 6 *διὰ ταχέων* pro *διὰ τάχους*. Cyn. 10, 6 s. vero *ἐπὶ τὸ πολύ, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ὡς τὰ πολλά* coniuncta habemus, quasi Xenophon ipse claro et illustri exemplo docere voluerit se orationem variare studere. Neque est, cur articulus deesse non possit; idem enim interest inter *ὡς ἐπὶ πολύ* et *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*, quod inter *πολλοί* et *οἱ πολλοί*, ut illi Latinorum formula magnam partem, huic maximam partem respondeat; cf. *τὸ πλέον*, cui recentiores praepositionem addiderunt *κατὰ τὸ πλεῖον*. *ὡς ἐπὶ πολύ* autem non solum apud recentiores extat, de quorum usu v. Dindorf. ad Hipp. 1, 12, sed etiam apud Thucyd. 1, 12. Similiter, cum satis usitata loquendi formula *πάντα ἀγαθός* sine articulo dicerent, interdum addiderunt *τὰ πάντα ἄριστος*, saepe etiam praepositionem (*κατά* al.) adiecerunt, vel adverbiis (*πάντῃ, πάντως*) usi sunt (v. Lob. ad Ai. 1415).

Porro, cum vulgo *ἀρχὴν οὐ* dicerent, velut Conv. 1, 15; Oec. 2, 11; 8, 2, Cyr. 1, 2, 3 articulus additus est; alii praepositione usi sunt *ἐξ ἀρχῆς*. Neque quidquam interesse inter utramque dicendi formulam docent loci Cyr. 1, 2, 3 et Lycurg. c. Leocr. § 125 inter se comparati (v. Maetzner. Lyc. p. 289; Herm. ad Vig. 723). Sic etiam *τέλος* et *τὸ τέλος* sine discrimine dicebant. — Graecos in formulis illis *αὐτοῖς ἵπποις, αὐτοῖς ἀνδράσιν* articulum non addidisse, quis est qui nesciat? velut Cyr. 3, 3, 40; Hell. 1, 2, 12 (Herm. ad Vig. 861); nonnumquam tamen additur, de qua re v. Elmsl. ad Eurip. Med. 160. Neque poetae solum sed etiam prosae orationis scriptores articulum admiserunt, ut Xen. Cyr. 1, 4, 7. Quam ob rem noli dubitare, quin etiam An. 1, 3, 17 cum optimis codicibus *αὐταῖς ταῖς τριήρεσι* legendum sit. Quin etiam praepositionem *σύν* nonnumquam adiecit, id quod rarissimum est (Lob. ad Phryn. p. 99 s.);

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cyr. 2, 2, 9; Hell. 7, 4, 26, ubi Cobet. N. 321 nimirum *σύν* delevit; 4, 8, 21. Quae praepositio poetarum more addita est, qui tamen interponere solent, ut *αὐτῷ σύν τε λίνῳ* (v. Krueger. Di. 48, 15, 16; Lob. c. l. p. 100). Similiter Xenophon *σύν*, quam praepositionem eum in deliciis habuisse scimus, formulis *στρατεύματι πολλῷ* al. addidit, ubi reliqui omittunt, ut Hell. 4, 5, 5; 11; 12; 8, 23; An. 1, 8, 1 (v. Poppo. ad Cyr. 5, 3, 28). — Notum est articulum, ubi pronomen *αὐτός* cum nomine proprio coniunctum est, vulgo omitti, velut *αὐτοῦ Ξενοφῶντος* An. 7, 4, 13; additur 6, 3, 5 propter sequentia, ni fallor, *καὶ τοὺς ἄλλους πάντας*, concinnitatis causa; eandem excusationem habet Hell. 4, 8, 29. Porro 4, 1, 15 *ὁ Ἀγησίλαος .... αὐτός*, ubi pronomen compluribus verbis a nomine dirimitur; 4, 2, 21 *αὐτοὶ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι* (contra art. omisso 4, 8, 10; 28); verbo antecedente 7, 1, 45 *αἱροῦνται αὐτόν τε τὸν Εὔ.*; 7, 4, 22; Cyr. 1, 3, 1; Hell. 3, 4, 25. — In formulis *ἅμα τῇ ἡμέρᾳ* (Hell. 1, 2, 7; 6, 15; 28; 4, 1, 24; 5, 3; 8, 35; 5, 1, 10; 4, 41; 49; 6, 4, 25; 5, 17; 18; 7, 4, 13; alia exempla collegit Krueger. ad An. 6, 1, 6 ed. Hal. Sax.), *ἅμα τῷ ἡλίῳ δύνοντι, ἀνίσχοντι* (1, 6, 21; 2, 1, 23), *ἅμα τῷ ἦρι* (3, 2, 6; 4, 8, 7; 5, 3, 1) articulus plerumque additur; raro omittitur *ἅμ' ἡμέρᾳ*, vel *ἅμα ἡμέρᾳ* (1, 1, 2; 3, 2, 3; An. 6, 3, 6), *ἅμα κνέφᾳ* (7, 1, 15), *ἅμα δείλῃ* (4, 1, 22), *ἅμα μετοπώρῳ* (4, 1, 1), *ἅμα μεσημβρίᾳ* (5, 3, 1); *μέχρι δείλης* (1, 1, 5); *πρὸς ἡμέραν* (2, 4, 6); *πρὸ ἡμέρας* (5, 4, 20); *πρὸ ἡλίου δυσμῶν* (5, 1, 7); *πρὸ ἦρος* (4, 1, 14); *πρὸ δείλης* (4, 6, 6); *ἀφ' ἑσπέρας* (6, 4, 25). Quodsi grammatici docent articulum in eiusmodi formulis semper omittendum esse, magis usum recentiorum, e quibus Plutarchus numquam addidit (v. Sintenis. ad Them. p. 92), quam Atticorum videntur respexisse. — Solemnis est articuli omissio in formula *παῖδες καὶ γυναῖκες* (v. Krueger. ad Dion. p. 99; Schneider. ad Isocr. 5, 48), quo ordine verborum utebantur, ubi de Graecis sermo est, ut Hell. 1, 3, 19; 7, 1, 10; 30; An. 1, 4, 8 (*τέκνα καὶ γ.*); 3, 4, 46; 5, 3, 1 (cf. Latinorum cum liberis atque uxoribus, Caes. b. G. 7, 78, 2); inverso ordine verborum, ubi de barbaris agitur, ut An. 4, 1, 8; 7, 4, 5; Cyr. 3, 3, 44; *γυναῖκα καὶ παῖδας* An. 7, 8, 9. Semel articulus additus est Hell. 6, 5, 12 *εὑρὼν ἐκεῖ τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας*, propter antecedentia verba, ni fallor, *τοὺς πρεσβ.* et participium *οἰκοῦντας*, quod cum substantivis coniunctum est, et An. 3, 4, 46. Nam reliquis locis, ubi alteri vocabulo articulus additus est, postponitur, ut An. 7, 4, 5 *γυναῖκες καὶ π. καὶ οἱ πρεσβύτεροι*; 7, 8, 22; 7, 8, 9, quibuscum cf. Cyr. 8, 7, 3 *ἱερεῖα ἔθυε Διί τε πατρῴῳ καὶ Ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς*. Sed An. 5, 3, 1 etiam substantivo, cui articulus additus est, antecedente deest. Duobus locis, quibus de Graecis sermo est, eundem ordinem verborum deprehendimus, quo nos utimur, An. 3, 1, 3; Hell. 6, 5, 12, bis eadem de causa, quia *οἱ πρεσβύτεροι* (*γονεῖς*) antecedit, ut uxores suum locum inter senes vel parentes et liberos obtineant; aliter Lycurg. c. Leocr. 2 *ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν*. — *ἀμφί* cum numerali coniunctum articulum postulat; semel omissus est An. 6, 2, 16, concinnitatis causa, ubi tamen deteriores articulum habent. Contra *εἷς* numerali additum plerumque articulo caret; nonnumquam additur, ut An. 4, 8, 15 (propter *ἀμφὶ τοὺς ὀγδ.*); Cyr. 3, 2, 3; 5, 4, 32; 6, 1, 50; 2, 7; Hell. 5, 2, 20; Hipparch. 9, 3. — Graeci modo *ἀκρόπολις* modo *ἡ ἀκρόπολις* promiscue dicebant (Hell. 3, 1, 23 cum optimis libris *πρὸς τὴν ἀκρ.* legendum est); porro *ἄστυ* et *τὸ ἄστυ*, *Ἀθῆναι* et *αἱ Ἀ.*, similia articulo modo adiecto, modo omisso inveniuntur. Tamen eorum opinioni obloquor, qui Atticos eiusmodi vocabula plerumque sine articulo posuisse putant, id quod potius in sermonem titulorum et Thucydidis cadere videtur. Xenophon certe multo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

saepius *τὸ ἄστυ* (de urbe Atheniensium), *ὁ Πειραιεύς, ἡ ἀγορά, αἱ νῆσοι* (de insulis Aegaei maris), *αἱ θύραι* (de aula regis Persarum) al. dixit. Nam cum sescenties *ὁ Πειραιεύς* apud eum inveniamus, raro articulus deest: *εἰς Π.* Hell. 1, 1, 35; *ἐκ Π.* 1, 7, 35; 2, 4, 26; 33; *ἐν Π.* 1, 3, 22; 2, 4, 19; 23; 25; 27; 29; 31; 35; 37; 5, 2, 33. — *ἄστυ*: *εἰς ἄ.* 2, 2, 3; 4, 7; 5, 1, 22; *ἐξ ἄ.* 2, 4, 7; 28; 38; *ἐν ἄ.* 2, 4, 24; 3, 5, 9 (17 locis Hellen. articulum addidit). — *ἀγορά*: *ἐν ἀ.* 5, 2, 29 (contra *ἐν τῇ ἀ.* 2, 3, 20; 3, 2, 28; 3, 5 (bis); 4, 4, 2; 3; 4; 7, 1, 45; 3, 12; 4, 14). — *νῆσοι*: *διὰ ν.* 4, 8, 7; *ἐπὶ ν.* 6, 2, 12; *ἀπὸ ν.* 3, 2, 17; 5, 1, 23 (contra *αἱ ν.* 3, 4, 28; 4, 8, 1; 9; 12; 14; 15; 5, 1, 2). — *θύραι*: *ἐπὶ θ.* An. 7, 3, 16; Cyr. 4, 5, 9; 8, 1, 6; 6, 10; *ἀπὸ θ.* Cyr. 8, 6, 10; contra *ἐπὶ τὰς θ.* An. 1, 2, 11; 2, 1, 8; Hell. 1, 6, 7, praesertim ubi attributum accedit, ut Cyr. 8, 1, 8; An. 1, 9, 3; 2, 4, 4; 5, 31; 3, 1, 2; 6, 5, 23; 7, 4, 15; Hell. 1, 6, 10. Maxime autem usus ille omittendi articuli in locis, quae cotidiano usu trita erant, significandis ad praepositionem *ἐν* pertinere videtur, cum apud alias praepositiones articulus fere adhibeatur; ut in Hellenicis decies *ἐν Πειραιεῖ*, quater *ἐν τῷ Π.* (2, 4, 28; 35; 38; 3, 5, 25) dixit. De eodem usu sermonis titulorum v. Muchau. l. c. p. 9s. — Cum vulgo *τὸ δεξιὸν κέρας, τὸ εὐώνυμον κ.*, vel sine substantivo *τὸ δεξιόν, τὸ εὐώνυμον, τὸ μέσον* dixerint, interdum haec vocabula articulo carent: *μέσον* An. 1, 8, 12; 21; 22; 23; 4, 8, 15; Hell. 2, 4, 12. *δεξιὸν κέρ.* Hell. 2, 4, 30; de rep. Lac. 11, 9; solum *δεξιόν* Hell. 4, 3, 16; *εὐώνυμον* Hell. 4, 4, 9; 5, 2, 40. *ἥμισυ* An. 6, 2, 10; Cyr. 3, 3, 47; *κατὰ χώραν* An. 1, 5, 17; 6, 4, 11; *ἐν τάξει* An. 2, 2, 8; 7, 1, 22; *εἰς τ.* 2, 2, 21; 5, 4, 11. Attributo accedente articulus plerumque additus est; deest An. 1, 8, 13; Hell. 4, 3, 16. Sic etiam An. 4, 5, 16 *ἔχων ὀπισθοφύλακας* cum codicibus legendum, neque opus est articulo, quem Krueger. addi vult, neque cum Rehd. explicandum Leute von dem Nachtrab. Ceterum Xen. semper *τὰ ὅπλα τίθεσθαι* dixit, cum utrumque, et *τὰ ὅπλ.* et *ὅπλ. τ.*, recte dicere posset (v. Maetzner. ad Lyc. p. 158). — Formulis dicendi *ὄνομα, τὸ ὄνομα, τοὔνομα* promiscue usi sunt Attici, quibus apud Xenophontem quartum *ὀνόματι* Hell. 1, 6, 29 et An. 1, 4, 11 accedit, quod Dindorf. ad Mem. 3, 11, 1 tollendum putat; at cf. *γένει* (An. 1, 6, 1) et *τὸ γένος, ἀριθμῷ* et *τὸν ἀριθμόν, τῷ παντί* et *τὸ πᾶν* (Buechs. ad Hell. 2, 3, 22). — Ubi de certo imperio agitur, facile *τὴν ἀρχήν* expectaveris; nonnumquam autem Xenophon *ἀρχήν* articulo omisso dixit, velut Hell. 7, 5, 18; Cyr. 8, 5, 25 (6, 4, 20 non de certo regno sermo est); quocum compares vocem *φυλή*, cui articulus neque in inscriptionibus (cf. Much. c. l. p. 12) neque apud Xenophontem additur (Hell. 2, 4, 24 *εἵλοντο δέκα, ἕνα ἀπὸ φυλῆς*; 1, 7, 9 *κατὰ φυλάς*); cf. Hell. 4, 2, 8 *εἰς ἀπὸ πόλεως*. Contra 1, 7, 9 *εἰς τὴν φυλὴν ἑκάστην* et *ἐφ' ἑκάστῃ τῇ φυλῇ*. Porro An. 2, 4, 8 *Τισσαφέρνης ἧκεν ... εἰς οἶκον ἀπιών* coll. Hell. 3, 4, 12; 2, 12. —

Etiam nomina deorum modo cum articulo coniuncta sunt, modo vacant articulo, ut ne hac quidem in re certam legem constituere possimus, velut An. 4, 8, 25 *ἦλθον αὐτοῖς ἱκανοὶ βόες ἀποθῦσαι τῷ Διῒ τῷ σωτῆρι καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἡγεμόσυνα καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἃ εὔξαντο*; contra Lac. resp. 13, 2 *Διῒ καὶ Ἀθηνᾷ*. Multo tamen saepius articulus additus est, quam deest. Ut in Hellenicis haec tantum deorum nomina articulo carent: *Ἀρτέμιδος* 3, 2, 19; *Δήμητρος* (bis) *καὶ Κόρης* 6, 3, 6; *Γαιάοχος* 6, 5, 30; *Ἡρακλέους* 6, 5, 47; 7, 1, 31; accedunt pauca nomina deorum in exclamationibus, ut *οὐ μὰ Δί'* 3, 1, 24; *μὰ Δία* 5, 4, 32; *νὴ μὰ Δί'* 3, 4, 9; 4, 1, 14; *ναὶ μὰ Δία* 5, 1, 4; *νὴ Δία* 1, 7, 21; 4, 1, 6; 6, 1, 7; 7, 1, 37; 3, 10; *μὰ Δί'* Oec. 12, 1; 5; Conv. 3, 13; *νὴ Δί'* Oec.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

12, 4; *ναὶ μὰ Δί'* Hi. 1, 20; Cyr. 5, 4, 38. Reliqua deorum nomina omnia cum articulo coniuncta sunt; maxime *ἡ Ἀθηνᾶ* (Hell. 1, 1, 4; 3, 1; 4, 12; 6, 1; 2, 4, 39; 3, 1, 21; 22; 23), ut *ἡ Ἀττική, ἡ Ἀσία* dicere solebant scriptores, quod proprie adiectiva sunt, ut *θύειν τῇ Ἀθηνᾷ* et *τῇ θεῷ*, deae urbanae (1, 7, 10; 20; *ὁ θεός* de deo Delphico 4, 3, 21), quocum usus sermonis inscriptionum conspirat, in quibus semper *ἡ Ἀθηναία* invenimus. Etiam in affirmationibus Xenophon plerumque articulo usus est: *οὐ μὰ τὸν Δία* Oec. 11, 25; *νὴ τὴν Ἥραν* Oec. 11, 19; Conv. 2, 16; 19; 3, 6; 4, 3; 27; 45; 49; 52; 54; *μὰ τοὺς θεούς* An. 1, 4, 8; *ναὶ τὼ σιώ* 6, 6, 34 al. plurima, ut hac quoque in re Xenophontis usus dicendi cum sermone inscriptionum consentiat (v. Much. l. c. p. 5). Contra nomina ludorumque festorum articulo carent, quamquam haec quoque ex adiectivis orta sunt, ut *Ἀπατούρια* Hell. 1, 7, 8; *Πλυντήρια* 1, 4, 12; *Εὔκλεια* 4, 4, 2; *Ἴσθμια* 4, 5, 2; *Ἀφροδίσια* 5, 4, 4; *γυμνοπαίδια* 6, 4, 16; *Δήλια* Mem. 4, 8, 2; *Διονύσια καὶ Θαργήλια κτλ.* Resp. Ath. 3, 4; de eodem usu titulorum v. Much. l. c. p. 7. Contra *τὰ Πύθια* Hell. 6, 4, 30; *τὰ Ὑακίνθια* 4, 5, 11; *τὰ Ὀλύμπια* (bis) 7, 4, 28. — Ubi nominibus deorum cognomina addita sunt, aut utrique voci articulus adiungitur, aut omnino omittitur, quam legem scriptorum Atticorum (v. Maetzner. ad Lyc. p. 109; Krueger. de authent. p. 61) iam in titulorum sermone servatam esse Much. c. l. p. 27 docet; cf. *τῷ Διῖ τῷ βασιλεῖ* An. 6, 1, 22; 7, 6, 44; *ὁ Ζεὺς ὁ σωτήρ* 3, 2, 9; 4, 8, 25; *ὁ Ζ. ὁ μειλίχιος* 7, 8, 4; *τῷ Δ. τῷ Ὀλυμπίῳ* Hell. 3, 2, 26; *τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ* Cyn. 6, 13. Sed Hell. 3, 2, 31 *τοῦ μέντοι προεστάναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἱεροῦ*, ubi verba *τοῦ ἱεροῦ Διὸς τοῦ Ὀλ.* coniungenda sunt, contra legem *Ζ. ὁ Ὀ.* dictum est; v. Lob. ad Phryn. p. 100. Neque latet, cur Xen. sic scripserit; noluit enim quartum *τοῦ* addere; cf. *ὁ Ἡγεμὼν Ἡρακλῆς* An. 6, 2, 15; *ἡ Ἀστυρηνὴ Ἄρτεμις* Hell. 4, 1, 41; 6, 3, 6 *Ἡρακλεῖ τῷ ὑμετέρῳ ἀρχηγέτῃ* et *Διοσκόροιν τοῖν ὑμετέροιν πολίταιν.* Articulo omisso: *Δία βασιλέα* Cyr. 2, 4, 19; 3, 3, 21; 7, 5, 57; *Διῖ ἀγήτορι* Lac. resp. 13, 2; *Ζ. ξένιος* An. 3, 2, 4; *Ζ. πατρῷος* Cyr. 8, 7, 3. *Σύνθημα* semper articulo vacat: *Ζ. σύμμαχος καὶ ἡγεμών* Cyr. 3, 3, 58; *Ζ. σωτήρ* An. 1, 8, 16; 6, 5, 25. Eadem ratione, qua *ὁ Ζεὺς ὁ σωτήρ* dicebat, etiam in aliis nominibus propriis praeter consuetudinem Xen. usus est, velut Hell. 2, 1, 8; 29; 7, 1, 25; An. 1, 10, 2; 6, 4, 13; Cyr. 1, 3, 1; 5, 2 (aequabilitatis membrorum causa *ὁ μὲν Ἀ.... ὁ δὲ Κ.*; contra § 4 *Κ. ὁ τοῦ Ἀ. παῖς*, quamquam etiam in anaphora nonnumquam omittitur, ut An. 3, 5, 7; 7, 3, 15); 4, 5, 8; 6, 1, 51; Conv. 9, 1; Oec. 7, 1, ut dubium esse non possit, quin etiam An. 6, 5, 8 *ὁ Ἀ. ὁ μάντις τῶν Ἑλλήνων* cum optimis codicibus retinendum sit; v. Krueger. de auth. p. 61 adn. 'etiam proprio nomini articulum praemittunt Graeci, quando illud iam ut per se notum definitumve cogitatur' et ad An. 6, 2, 13 ed. Hal. Sax. — De articulo post *ἄλλος* repetito v. Krueger. gr. 50, 9, 2 et Schneider. ad Isocr. 9, 61; ex Xen. libris haec collegi exempla: Hell. 5, 4, 46 *εἰς τὰς ἄλλας τὰς περιοικίδας πόλεις*; An. 7, 1, 13 (ubi tamen meliores codd. *τἆλλα ἐπιτήδεια* praebent); 6, 4, 25; 6, 7; Hi. 9, 5 *τἆλλα τὰ πολιτικά*; Mem. 2, 4, 3 *τἆλλα τὰ πρὸς ὑγίειαν.* —

Similem varietatem in voce *βασιλεύς* observare licet. Nam cum regem Persarum vulgo *βασιλέα* appellarent, articulus non solum attributo adiecto plerumque additur, quamquam ne hac quidem in re usus sibi constat, sed etiam nonnumquam, ubi nomen attributo omnino vacat (v. Krueger. gr. 50, 3, 7; Schneider. ad Isocr. 4, 145; Benseler. ad Isocr. Areop. p. 125); cuius usus ex Xen. libris exempla collegi haec: attributo accedente Hell. 1, 2, 19; 3, 4, 25; 5, 13;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4, 1, 34; 6, 1, 12; 7, 1, 33; Cyr. 7, 1, 4; 8, 1, 20; An. 3, 4, 8; 12; 7, 7, 3; Oec. 4, 4; 5; Ag. 1, 6; 35; contra *Περσῶν βασ.* Cyr. 8, 2, 8; *μεγάλου β.* An. 1, 2, 8; 4, 11; 7, 2; 13; 16; 2, 3, 17; 4, 3. *ὁ βασ.* Cyr. 8, 2, 7; 8, 12 (*Ἀ. ὁ β.*, contra *Ἀ. β.* Hell. 5, 1, 31); An. 2, 4, 4; 5, 10; 38; Oec. 4, 15; Ag. 8, 5; Hell. 7, 1, 37 (in solo cod. D). An. 1, 10, 6 *οἱ μὲν Ἕλληνες . . . ὁ δὲ β.* articulus anaphora postulatur (Dindorf. ed. An. Lips. p. VIII articulum ab librariis additum esse contendit).

Ne An. 7, 1, 28 quidem *αὐτοῦ τοῦ ἄνω βασ.* mutandum est collatis eis, quae supra de *αὐτός* exposuimus. Vides igitur, quo iure Dindorf. nuper l. l. negaverit, Atticos umquam voci *βασιλεύς* (i. e. rex Persarum) addidisse articulum. Neque minus de rege Lacedaemoniorum Xen. *βασ.* et *ὁ β.* promiscue dicit, velut Lac. resp. 13, 6—11.

Atque frustra Saupp. mihi quidem videtur studuisse hanc legem constituere, nomina propria inclusa articulo carere (ad Hell. 5, 4, 42; An. 1, 9, 13; Cyr. 7, 1, 23). Deest in Anabasi, ubi res certissima videtur esse; nam 1, 9, 13 additur tantum in deterioribus quibusdam. Sed ad Hell. 3, 1, 21 ipsi concedendum est 18 fere locis articulum ante nomina propria in medio positum esse, saepius urbium; idem ad Cyr. 7, 1, 23 concedit articulum interdum addi, velut § 38; 1, 4, 25; 8, 3, 15; Hell. 4, 1, 1; al. — Pronomina *πότερος*, *ὁπότερος*, *ἕκαστος* articulo modo adiecto modo omisso adhibentur (v. Buechs. ad Hell. 1, 7, 23); ut *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* et *καθ' ἑκάστην τὴν ἡ.* dicebant (v. Maetzner. ad Lyc. p. 290; Popp. ad Cyr. p. 8); *ἀν' ἑκάστην ἡμέραν* Cyr. 8, 1, 23; *ἑκάστῃ ἡλικίᾳ* Cyr. 1, 2, 5; Lac. resp. 5, 1. — *Καιρός* e numero substantivorum illorum est, quibus infinitivus vulgo sine articulo adicitur (his adde *πρόφασις* Hell. 3, 5, 5); semel additus est Hell. 3, 5, 5 *καλὸν καιρὸν τοῦ ἐξάγειν.* — Atque cavendum est, ne cum Dindorf. (ed. Lips. p. XXI) Cyr. 5, 4, 40 (*ἐν τοῖς ἀφθονωτάτοις*) articulum deleamus, quamquam vulgo *ἐν ἀφθόνοις*, *ἐν πᾶσιν ἀφθόνοις* dicebant (An. 3, 2, 25). At nonnumquam in similibus dicendi formulis articulus additus est, velut *ἐν τῷ θαρραλέῳ εἶναι* (Thuc. 2, 51), *ἐν τῷ φανερῷ* (An. 1, 3, 21).

Quoniam de inusitata verborum collocatione et de liberiore usu articuli disputavi, ad insolentiorem constructionem verborum et adiectivorum, quae quidem in Xen. libris invenitur, transeo, atque initium quaestionis a duobus locis capio, in quibus idem Cobetus eiusque sectatores a libris mss. recedunt, ut hic quoque legibus grammaticis, quales ipsi sibi excogitaverunt, obsequantur. An. igitur 3, 2, 11 pro *ὑποστῆναι αὐτοῖς*, quod in libris scriptum est, Cob. (N. 442) et Bisschop. (annot. crit. ad Xen. An. p. 39), deleto in sequentibus pronomine *αὐτούς*, *ὑποστῆναι αὐτούς* scribi volunt, cum *ὑφίστασθαί τινί τι* polliceri alicui aliquid, *ὑφίστασθαί τινα* sustinere impetum alicuius sit; id quod hic requiritur. At vide Hell. 7, 5, 12; Thuc. 2, 61, quos locos nescio cur Cobet. c. l. 'sublestae admodum fidei' esse iudicaverit; Eur. Herc. fur. 1349 s.; Matth. gr. 401, 4. Nos cum codicibus *ὑποστῆναι αὐτοῖς Ἀθηναῖοι τολμήσαντες ἐνίκησαν αὐτούς* legimus et ipsam pronominis repetitionem vere Xenophonteam esse contendimus. De qua re Dindorf. nuper aliter iudicavit, qui in satis magno numero locorum pronomina deleri vult (An. ed. Lips. 4 p. XVII ss.); at conferas locos An. 1, 6, 6; 2, 4, 7; 5, 6, 15; Hell. 3, 1, 3, ubi consulto annominationis causa *αὐτῶν αὐτοί* cumulavit; Hell. 1, 1, 22; 6, 19; 7, 35; 2, 2, 5; 4, 1, 2; Hipparch. 3, 1 (ubi Dindorf. pro *αὐτά* coniecit *αὖ ταῦτα*); An. 1, 9, 15 *αὐτῷ*, quod, quamquam in optimis libris est, Cobet. (N. 418 s.) delendum esse censuit propter *Κῦρον* in verbis, quae statim sequuntur; Hell. 3, 4, 28 *ταῖς πόλεσι παρήγγειλε*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ὁπόσας ἑκάστη βούλοιτο τῶν πόλεων. De simili abundantia pronominis αὐτός v. Schneider. ad Isocr. 1, 33 et 7, 62; Stallb. ad Plat. Symp. p. 195a ('sic αὐτός saepe post nomen substantivum vel pronomen infertur'); Ast. ad Plat. leg. p. 10; de pronomine demonstrativo perspicuitatis causa abundantia quadam illato v. Maetzner. ad Lyc. p. 127. Quin etiam causam cognoscere posse nobis videmur, cur eo loco, de quo disputamus, inusitatum casum verbo addidit: dativum adiecit, ne bis αὐτούς poneret; potuit autem addere analogia verborum ὑπομένειν (Hell. 5, 4, 40), ἀντέχειν, ἀνθίστασθαί τινι al. — Neque dissimilis est locus An. 3, 2, 19, ubi libri mss. ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν οἱ ἱππεῖς ἡμᾶς tradunt, idem Cobet. (N. 444 s.) ἓν μόνον προέχουσιν ἡμῶν scribit, quod προέχειν τινός omnium Graece scribentium perpetuo usu stabiliatur (Hell. 7, 1, 4). At οἱ ἱππεῖς ἡμῶν etiam 'equites nostri' esse potest, quapropter Xen. accusativum praetulit; potuit autem addere, quod idem est atque ὑπερβάλλειν, νικᾶν, παριέναι τινά τινι. Ac ne μόνῳ addito offendaris, moneo fere semper inde ab Homero numeris, ut nos nur adicimus, a Graecis vocabula μόνος vel οἶος addita esse, velut Od. 2, 412; 3, 424; 4, 496; 9, 207; 12, 154; 160; An. 7, 5, 4; 7, 50; Hell. 5, 4, 1; Cyn. 10, 14. Semel dubium est apud Xen. Hell. 1, 2, 12, ubi D τέτταρας μόνον, in reliquis abest.

Sic. Xen., ut orationem variaret vel magis perspicuam redderet, ab usitata verborum constructione discessit, cuius usus alia exempla afferre ex re esse mihi videtur.

Ac primum quidem eos locos enumerabo, in quibus mero variandi studio commotus rariorem constructionem cum usitata coniunxit; sic Mem. 4, 2, 1 s. praeter διαφέρειν τινός τινι etiam ἔν τινι et διά τι dixit. Hell. 2, 3, 26 (et 7, 5, 18) λυμαίνεσθαι c. dat. coniunxit, cum § 23 et 51 accusativum adderet, qui usitatior est (3, 2, 27; 3, 8). Cyr. 1, 4, 4 sine ullo discrimine ἥδει ὤν et ὄντα ἑαυτόν dixit. 2, 2, 14 pro τοῦ κλαίοντας καθίζοντος dixit τοῦ κλαίειν καθίζοντος, ne bis participio praesentis uteretur; in sequentibus autem verbis τοῦ κλαίοντας καθίζειν et κλαίοντας καθίζειν invenimus; id quod Cob. (N. 643 s.) et Dindorf. (Lips. p. XIII) non perspexerant, cum κλάοντας καθίζοντος conicerent. 3, 3, 35 pro οἶδα ὑμᾶς ταὐτὰ ἐπισταμένους καὶ μεμελετηκότας καὶ ἀκούοντας διατελοῦντας, ne tot participia cumularet, διὰ τέλους dixit; 'vitavit X.', ut Schneideri verbis utar, 'participiorum concursum et obscuritatem'. 8, 1, 4 et 20 ὑπακούειν τινός dixit (§ 4, ne τοῖς πολεμίοις cum ἀναγκαζομένην coniungeretur), 18 eidem verbo dativum, qui usitatior est, addidit. An. 2, 4, 17 παρὰ τὴν γέφυραν pro πρός vel ἐπί scripsit, id quod rarissimum est, ne bis ἐπί vel πρός poneret, quibus praepositionibus § 23 in eadem re usus est. 5, 6, 28 θύομαι ὑπέρ, περί, εἰ. De usu huius verbi grammatici docent, de eo, qui de rebus futuris deos consulat, semper medium adhiberi; sic iam veteres θῦσαι μὲν τὸ ἄνευ μαντείας ἁπλῶς σφάξαι, τὸ δὲ καὶ τὰ ἱερεῖα ἐπισκοπῆσαι καὶ σκέψασθαι θύσασθαι λέγεται (Herodian.). Rectius sic statuemus, ut activo semper uti licere dicamus, medio, nisi de eo, qui de rebus futuris deos consulit, non licere. Sic explicandum est, interdum activum et medium de eodem sacrificio adhiberi, ut Hell. 3, 4, 3; An, 6, 4, 13—19; 7, 8, 4; Lac. resp. 13, 2 s. θύειν de imperatore, qui ad bellum profecturus deos consulit, usurpatur Cyr. 3, 3, 34; An. 5, 4, 22; 5, 3; 7, 1, 40; 2, 14 s. — Cyr. 3, 3, 44 ἀγὼν ὑπέρ et περί τινος; sic iam apud Xen. ὑπέρ et περί confunduntur, ut sescenties apud recentiores (v. Maetzner. ad Lyc. p. 85. Geyer. obs. epigr. de praepos. Gr. forma et usu, Altenburgi, 1880; p. 33). Plurima similis praepositionum varietatis exempla Rehd. ad An. 7, 6, 33 collegit; v. Weber. ad Demosth. Aristocr. p. 129 s.; Meisterhans. Gramm. der Att. Inschr. 1885, p. 101; 106; 109.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unum addo, Xen. *ἀθροίζειν*, *συλλέγειν*, similia modo cum praepositione *εἰς*, modo cum *ἐν* coniunxisse: *ἀθροίζεσθαι εἰς* Hell. 1, 4, 3; 13; 6, 14; An. 1, 1, 2; 9, 7; *συλλεγῆναι εἰς* Hell. 2, 1, 6; 4, 5; 4, 8, 5; 5, 4, 60; 6, 2, 1; 5, 11; *συλλέγεσθαι ἐν* Hell. 6, 5, 11; 15. *τιθέναι ἐν* Mem. 2, 4, 4; *καταλογίζεσθαι ἐν* Mem. 2, 2, 1; *τάττειν εἰς* Mem. 2, 1, 7; 9; 11; *καθιστάναι εἰς* Mem. 2, 1, 9; *κατακλείειν εἰς* Mem. 2, 1, 13 (v. Meisterh. l. c. p. 103).

Eodem varietatis studio Xen. in formis inusitatis atque vocibus eligendis ductus est, cuius usus pauca exempla attulisse satis habeo; nusquam enim non extant, modo ne Dindorfii editione utaris, qui Cobetum secutus, ut easdem vocum formas, eandem verborum constructionem efficeret, plurima coniecturis oblitteravit. Ego Rehd. assentior, qui ad An. 7, 6, 15 optime de hac re iudicavit: Vieles ist sicherlich nicht Entstellung durch Abschreiber, et plurima, quae huc pertinent, ad An. 6, 6, 4; 7, 1, 20; 2, 8; 6, 15; 18; 33 collegit. Ut Cyr. 1, 5, 5; 4, 6, 12; Hell. 1, 2, 10 *ἔδωκαν* et *ἔδοσαν* invenimus. *χωλεύσαι* iuxta *βασιλεύσειε* Hell. 3, 3, 3; *στασιάσαιεν* iuxta *στασιάσειαν* Ath. resp. 2, 15. *ἤν* et *ἐάν* Cyr. 5, 4, 35; *ἄν — ἤν* 4, 3, 16. *οἰκίζειν* iuxta *πολίζειν* An. 6, 6, 3s. *ῥήτρα — δόγμα* 6, 6, 27 s. *ἡ ἵππος — τὸ ἱππικόν* Hell. 3, 4, 12. *βούλομαι* et *ἐθέλειν*, ut nihil interesse videatur, Cyr. 7, 2, 10; 8, 7, 26. *ἐχθρός* et *πολέμιος* An. 1, 3, 12. *ὅ, τι — εἴ τι* Lac. resp. 2, 10. *πρὸς τὸν αὐλόν — ὑπὸ τὸν ἀ.* Conv. 6, 3 s. Hipparch. 4, 9 *ἀπὸ παραγγέλσεως — διὰ π.* An. 4, 2, 25 s. *ὁδοῦ — παρόδου.* Etiam in anaphora composita variavit, ut Hell. 6, 5, 34 *ὑπομιμνήσκοντες μὲν — ἀναμ. δέ*; 5, 4, 17; Cyr. 7, 2, 19; An. 4, 6, 10. Ipsum verborum ordinem immutavit An. 7, 3, 27 *ἐδωρήσατο προπίνειν — προπ. ἐ.* (Rehd. ad 7, 1, 20); 1, 9, 25 *ἔπεμπε βίκους οἴνου πολλάκις — πολλ. δὲ χῆνας ἔπ.* Saepe eandem rem synonymis uberius significavit, velut An. 2, 2, 13 *ἀποδρᾶναι* et *ἀποφυγεῖν*; 1, 4, 8; 2, 5, 7. *ἀμείνους καὶ κρείττους* An. 1, 7, 3; *λῷον καὶ ἄμεινον* (formula solemnis) An. 6, 2, 15; 7, 6, 44; resp. Lac. 8, 5; Vect. 6, 2. *ἐλάττους — χείρονας* Ag. 2, 7; *ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν* Conv. 2, 10. In haec omnia ea cadunt, quae Krueger. ad An. 1, 7, 3 adnotavit: 'non discrimen quoddam subtiliter distinguendis verbis intelligi debere puto, sed ad maiorem vim et gravitatem esse iuncta'. Ne hac quidem in re Cobet. Xenophontis dicendi usum recte perspexit, qui N. 609 s. negavit, eum *ἰσοδύναμα* coniungere, atque, ubi eiusmodi pleonasmum invenit, resecandum esse censebat; v. Saupp. ad Mem. 1, 4, 6. Nos non dubitamus, quin Xen. hanc synonymorum coniunctionem de industria quaesiverit (v. Lob. Parall. 60 ss.).

Interdum Xen., ut aequabilitatem membrorum et parallelismum efficeret, inusitata admisit, ut Mem. 1, 2, 29 propter praecedens *ἐρῶντα* pro *πειρώμενον πειρῶντα* dixit. Cyr. 1, 6, 26 superiori *ὅσῳ τόσῳ* respondet; 7, 5, 6. Vect. 4, 32 *ὅσῳπερ — τόσῳ*, quae formae a prosa oratione alienae aequabilitatis causa admissae sunt. An. 4, 6, 10 cum dicere posset *σκεπτέον ὅπως ἐλάχιστα μὲν τραύματα λάβωμεν, ὡς ἐλαχίστους δὲ ἄνδρας ἀποβάλωμεν*, ut concinnitatem anaphorae efficeret, poetarum more per periphrasin *ὡς ἐλάχιστα δὲ σώματα ἀνδρῶν* dicere maluit. Eadem periphrasi usus est An. 1, 9, 27, et eiusdem concinnitatis causa 1, 9, 12 *χρήματα — σώματα.*

Saepissime vero ab usitata verborum constructione discessit, vel, ubi altera utra structura ei uti licebat, alteram praetulit, ut orationem quam maxime perspicuam redderet. Hanc enim summam dicendi legem X. sibi proposuerat, ut distincte loqui quam cotidianum sermonis usum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sequi mallet. Ut Mem. 1, 2, 20 pro accus. absoluto participii genet. expectaveris. Constat quidem scriptores Graecos minime a coacervatione genetivorum abhorruisse, ut Hell. 2, 1, 8 novem continuas huius casus formas invenimus; 4, 3, 12 duodecim in uno membro sententiae; 2, 3, 34 septem; saepe genet. ex altero pendet (Hell. 2, 2, 9; 15; 3, 1, 22; 27; 2, 3 al.), vel in pari terminatione (An. 1, 8, 23; 2, 5, 38; Hell. 4, 8, 33; Rehd. ad An. 5, 5, 18); duo genetivi ex tertio pendent Hell. 3, 5, 5; duo ex eodem verbo 5, 3, 5. At hic vix intellegi potuit, si scripsisset *ὡς τῆς μὲν τῶν χρηστῶν ὁμιλίας ἀσκήσεως οὔσης τῆς ἀρετῆς, τῆς δὲ τῶν πονηρῶν καταλύσεως*. Mem. 2, 3, 13 pro *ἐκείνῳ* apud *ποιεῖν* accus. usitatior erat, ut Hell. 2, 2, 3; praetulit dativum, ne cum *αὐτόν* coniungeretur, fortasse etiam, quo melius *ἐκείνῳ* antecedenti *μοί* responderet. Mem. 4, 3, 10 *ἀπολαύειν* accus. regit (*τοσαῦτα ἀγαθά*) propter magnum numerum genet. antecedentium; in sequentibus autem verbis sequitur genet. *τῶν φυτῶν* et § 11 bis in eisdem fere verbis *ἀπολαύομεν πάντων τῶν ἀγαθῶν*; gen. sequitur 1, 2, 29; acc. 1, 6, 2. Hell. 1, 2, 1 multo usitatius erat dicere *Εὐαγόρας ἑνίκα ξυνωρίδα*, ut paullo infra *τὸ δὲ στάδιον Εὐβ.* scil. *ἑνίκα*; dixit *προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἑνίκα Εὐαγόρου*, quod verba *προστεθεῖσαν ξυνωρίδα ἑνίκα Εὐ.* errori locum dedissent. 1, 3, 19 *ὑπάγειν τινὰ διά τι* pro *τινός* propter genet. antecedentem *θανάτου* videtur posuisse. 1, 7, 9 *κατηγορεῖν κατά τινος* pro solo genet. dixit, ne genetivis coacervatis minus perspicua sententia fieret ('auctorem hic ad ambiguitatem genitivi *τῶν στρατηγῶν* vitandam pleonasmum hunc adhibuisse arbitror' Zeun.). Eadem de causa 1, 7, 33 *προδοσίαν καταγιγνώσκειν τινά* admisit; nam si *προδοσίαν καταγνόντες ἀντὶ τῆς ἀδυναμίας οὐχ ἱκανῶν γενομένων* scripsisset, oratio non perspicua fuisset. Hell. 2, 3, 54 nom. absolut., 2, 4, 11 dativ. *πολλοῖς οὖσι*, 2, 4, 17 acc. *παιᾶνα*, 2, 4, 22 post *καταδακρύειν* accus. (cf. Cyr. 5, 4, 31) pro genetivo posuit. 2, 4, 28 *ἀφίστασθαι ἀπό τ.* et 4,1,2 *ἀφιστάναι τι ἔθνος ἀπὸ β.* praepositionem addidit; nam *ἀφεστηκότος τοῦ δήμου Λακεδαιμονίων* facile legentes in errorem inducere poterat. Addo Cyr. 2, 3, 9 *φυλάττεσθαι ἀπό τ.* pro *τί*; *φόβος ἀπό τ.* Cyr. 1, 1, 5; 3, 3, 53; 6, 3, 27; Hi. 10, 3; Hipparch. 8, 14; *ἐκ* An. 1, 2, 18; genet. enim etiam subiectivus esse poterat; aliud est *φόβος ὑπό τ.* An. 7, 2, 37; contrarium *φόβ. εἰς* 1, 2, 18. Cyr. 3, 3, 51 *κωλύειν ἀπό τ.* dixit propter gen. *τῶν ἀκουσάντων*, et Oec. 1, 20 *διακωλύουσιν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὠφελίμων ἔργων* propter *κρατοῦσαι*, quod et ipsum cum genet. coniungitur. Cyr. 8, 2, 2 *συνήδομαι* et *συνάχθομαι* cum *ἐπί τινι* coniunxit; nam solus dativ. hoc loco vix ferendus. Hi. 9, 10 *μέλει μοι περί τινος* pro simplici *τινός*, quod genet. etiam partitivus esse poterat. Hell. 3, 1, 10 *τοσούτῳ διέφερεν εἰς τὸ ἄρχ.* pro *τῷ ἄρχ.* scripsit, ne cum *τοσούτῳ* coniungeretur. *Σύμμαχος, πολέμιος, ἐναντίος, ὑπήκοος* modo cum gen., modo cum dat. coniunxit, prout perspicuitas orationis postulabat, velut Hell. 4, 6, 2, ubi primo *τῶν συμμάχων αὐτοῖς*, paullo infra *τοῖς συμμάχοις αὐτῶν* dixit; cf. 5, 1, 29; 6, 5, 33; 44. 7, 4, 2 dativ. *τοῖς ἐναντίοις*, qui etiam melius dativo *Λακεδαιμονίοις* respondet, additus est; nam gen. cum *αὐτῶν* coniungi poterat. An. 5, 4, 10 *τὴν χώραν τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων*. Lac. resp. 1, 2 *ἐναντία ταῖς πλείσταις*, ne genet. ad *προέχουσαν* referretur (cf. § 10; 6, 1; 7, 1; genet. 1, 5; 7; 3, 1). De *ὑπήκοός τινος* vel *τινί* v. Saupp. ad Cyr. 2, 4, 22 et An. 7, 7, 29, qui optime Bisschopium more Cobeti, quem studiorum suorum ducem ac moderatorem laudat, omnibus locis genet. post *ὑπήκοος* requirentem et coniciendo restituentem refellit. — Interdum inusitatus casus a Xen. positus est, quo accuratius distingui posset, utrum masculinum an neutrum esset, velut Hell. 5, 4, 4 *ἐπιμέλομαι* c. acc.; Oec. 8, 19

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

καταγελᾶν τι; An. 1, 8, 11 τοῦτο ἐψεύσθη (v. Rehd. ad An. 2, 2, 13). Porro dativum vel praepositionem pro genetivo posuit, ne coacervati genetivi orationem obscuram redderent. Quis enim Hell. 5, 2, 4 τῶν μὲν ἡμισέων τῶν τῶν στρατιωτῶν προκαθημένων σὺν τοῖς ὅπλοις τῶν ταφρευόντων, τῶν δ' ἡμισέων ἐργαζομένων ferre potest? Cyr. 8, 7, 21 ἐγγύτερον c. dat. An. 1, 7, 6 τὰ ἐν μέσῳ τούτων πάντα σατραπεύουσιν οἱ φίλοι.

Ex contrario eiusdem perspicuitatis causa interdum genetivum pro alio casu posuit, ut Hell. 6, 5, 10 gen. abs. pro acc. ἐληλυθότας. 6, 5, 36 pro dat. partic. cum Λακεδαιμονίοις coniuncti propter βοηθησάντων τοῖς Τ.; certe βοηθήσασι τοῖς Τ. non perspicuum erat. 7, 2, 19 Χάρητα ἐπιβοηθεῖν ἐβόων scripsit pro Χάρητι (An. 1, 8, 12; 19), ne dativ. cum ἐπιβοηθεῖν coniungeretur. Cyr. 3, 2, 4 post ἀνάγκη pro acc. c. inf. dativus ἀμφοτέροις sequitur, ne accus. ad ἡμᾶς referretur; quocum cf. δεῖ cum dativo coniunctum, velut An. 3, 4, 35; Mem. 3, 3, 10; Oec. 7, 20; 8, 9 (Matth. gr. 391, 2); nonnumquam res dubia est, ut Hell. 2, 4, 16; Lac. resp. 11, 2; Cyr. 1, 6, 22, ubi Saupp. σοί cum cod. A. legit. — Similia iam apud Homerum inveniuntur, ut Od. 11, 84 s. ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηυίης, Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια, ubi gen. θυγατρὸς Ἀντ. expectaveris; posuit nomin., weil, ut verbis interpretis utar, der Gebrauch des Genetivs nicht nur eine unangenehme Wiederholung dieses Kasus herbeiführte, sondern auch durch Rücksichten der Klarheit und durch das Bedürfnis des Verses ausgeschlossen war.

Hinc ad alias sermonis Xenophontei proprietates transgressus primum de ubertate quadam dicendi, qua nonnumquam contra vulgarem scriptorum consuetudinem usus est, disputabo. Nam cum vulgo ὁ Ὀλόρου omisso υἱός dicerent, Xen. nonnullis locis substantivum addidit, velut Mem. 1, 3, 8; An. 7, 8, 1 (Bisschop. l. c. p. 90 'expungatur υἱός, cuius ellipsis ita nota est, ut exempla addere putidum esset'); Cyr. 8, 5, 28 τὴν Κ. θυγατέρα; Ag. 3, 3. Ag. 1, 5 ne poterat quidem omitti; quis enim haec intellexisset Λεωτυχίδα (gen.) ὡς Ἄγιδος ὄντος, Ἀγησιλάου δὲ ὡς Ἀρχιδάμου? Ag. 5, 4; Hell. 4, 1, 40 ἐρασθέντος αὐτοῦ τοῦ Εὐάλκους υἱέος Ἀθηναίου. Aequabilitatis membrorum causa adicitur Cyr. 1, 5, 2 ὁ τοῦ Ἀ. παῖς — τῆς δὲ .. ἀδελφός; 1, 5, 4. — χείρ addidit Cyr. 8, 4, 3 παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, cum vulgo dicerent ἐν ἀριστερᾷ, δεξιᾷ; Ann. 1, 10, 1. — μέρος propter πλεῖστον additum cum verbo μετέχειν coniunxit Hi. 2, 7; deest 4, 1; 2. — Interdum ἔργον τινός ἐστιν dixit, ut Ag. 7, 1 βασιλέως ἀγαθοῦ τοῦτο ἔργον ἐνόμιζεν; 11, 7; Hell. 2, 3, 51. — οἰκίαν Hell. 5, 4, 7 ἐπὶ τὴν Α. οἰκίαν; at paullo supra εἷς ἑνὸς τῶν διακόνων. — ἔστιν inusitatius adiecit Cyr. 8, 3, 44 ἀνάγκη ἐστίν; contra ἦν insolentius deest An. 7, 2, 15. εἰκός ἐστιν Hipparch. 1, 7. — Adverbia per pleonasmum adiecit An. 5, 6, 25 ἀεὶ διαμάχεσθαι; Hell. 1, 1, 36; πλέον προτιμᾶν An. 1, 4, 14. ἐντὸς πέντε ἡμερῶν Hell. 3, 3, 4; contra δέκα ἡμερῶν An. 1, 7, 18. — Praepositiones et adverbia praeter consuetudinem abundantia quadam copulavit, ut αὖ πάλιν Hell. 4, 8, 11, vel πάλιν αὖ 5, 1, 5 (v. Buechs. ad Hell. 7, 4, 1). μέχρι ἐπί An. 5, 1, 1; ἔστε ἐπί 4, 5, 6; ἄχρι εἰς 5, 5, 4; μέχρι εἰς 6, 4, 26; μέχρι πρός Hell. 4, 3, 9; εὐθὺς ἐπί Hell. 7, 5, 9; Ag. 1, 29; Cyr. 7, 2, 1; 2; εὐθὺς πρός 2, 4, 24; σχεδὸν περί Hell. 6, 2, 38; σχεδὸν εἰς An. 4, 8, 15; ὡς εἰς Hell. 4, 1, 18; 5, 2, 40; ὡς περί Hell. 4, 1, 18; 5, 4, 14. Duplicis negationis exempla collegit Buechs. ad Hell. 5, 2, 33. — Antistrophes causa substantiva repetiit An. 7, 5, 7 οὐκ εἶχον τὸν μισθόν — ἀπῄτει τὸν μισθόν, ubi Rehd. plura congessit.

Multo autem plura breviloquentiae exempla eiusmodi apud Xenophontem inveniuntur,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut vocabulum semel positum cogitatione repetendum aut ex superioribus verbis supplendum sit. Atque plura huius usus exempla extant, quam ut colligere utile sit; pauca eaque minus usitata attulisse satis habeo. Sic ex *ψεύδεσθαι* verbum affirmandi supplendum est Hell. 1, 7, 6; 5, 1, 21 (ubi v. Buechs.); ex *οὐδενός τίς* Hell. 1, 1, 29 (v. Buechs.). Infinitivi bis intellegendi exemplum est Hell. 2, 3, 19 (v. Schneider.); participium repetendum Hell. 3, 3, 11; 4, 5; An. 3, 4, 13 *ἔχων*; quos locos Cobet. N. 354 frustra impugnavit. De substantivo bis cogitando v. Krueger. ad An. 5, 9, 8; de negatione repetenda v. interpretes ad Hell. 1, 7, 24 et 3, 5, 18. Saepe pronomen apud infinitivum ex superiore supplendum est, ut *αὐτόν* ex *αὐτῷ* Hell. 3, 1, 22; *αὐτούς* ex sequenti *αὐτοῖς* eliciendum 6, 2, 8 (ubi v. Buechs.); *ἐμέ* ex *μοί* 2, 3, 35; Hell. 3, 5, 5 *καὶ παῦσαι τῆς εἰς αὐτοὺς ὕβρεως* scil. *αὐτούς*, quod ex antecedentibus *στρατιὰν ἐπ' αὐτούς* repetendum, ne ter *αὐτούς* poneret. De eodem poetarum Romanorum usu v. interpretes ad Prop. I 1, 23. — Ex *ὅσῳ τοσούτῳ* supplendum Hell. 2, 2, 2; 4, 2, 11; An. 7, 7, 28; Cyr. 1, 3, 14; 8, 5, 7; Vect. 4, 32 *ὅσῳ πλείους* — (*τοσούτῳ*) *ἰσχυροτέρους*, ubi facile sequentibus verbis *ὅσῳπερ πλείους* — *τόσῳ πλείονα* excusatur; de eodem poetarum Romanorum usu v. interpr. ad Ov. Met. 4, 64 et 8, 834. — Notum est particulam *δέ* apud *εἶτα* (*ἔπειτα*) post *πρῶτον μέν* saepe omitti; de eodem usu inscriptionum v. Much. c. l. p. 38. *πρῶτον μὲν* — *ἐκ τούτου* An. 3, 1, 13 ss. *πρ. μ.* — *μετὰ τοῦτο* 6, 1, 5 ss. *πρ. μ.* — *ἐπὶ τούτῳ* 3, 2, 1 ss. *τέως μὲν - εἶτα* Hell. 2, 2, 17. Neque minus particula *μέν* in brevioribus enuntiatis, ubi oppositio est, interdum omittitur, ut An. 3, 4, 7 *τοῦ δὲ τείχους ἦν τὸ εὖρος πέντε καὶ εἴκοσι πόδες, ὕψος δ' ἑκατόν*; v. Saupp. ad Cyr. 1, 6, 20; An. 1, 7, 5; 4, 8, 9; Cyr. 3, 1, 34; 5, 5, 6; Hell. 3, 3, 5; 4, 4, 3; 5, 4; 7, 5, 23. Ne in anaphora quidem omissi *μέν* exempla desunt, praesertim ubi in altero enuntiato *δὲ καί* est (v. Buechs. ad Hell. 5, 1, 28); ut Hell. 2, 3, 42 *πολλούς* — *πολλοὺς δέ*; 5, 1, 28; Saupp. ad Cyr. 4, 3, 21. Cuius usus immemores editores interdum a vero aberrantes particulam *μέν* contra codices inserendam arbitrati sunt, ut Saupp. Ag. 11, 11 (*αὐτὸς ὡς ἐλαχίστων δεῖσθαι, τοὺς δὲ φίλους ὡς πλεῖστα*) post *αὐτός μέν* inseri voluit; Resp. Ath. 1, 13. Utramque particulam omisit Xen. Hell. 6, 3, 2 *εἰς Θήβας* — *εἰς Λακεδαίμονα*, quocum cf. Od. 4, 692 *ἄλλον* — *ἄλλον*; Il. 12, 267; Soph. El. 739 *τότ' αὐτός, ἄλλοθ' ἕτερος* coll. loco Xen. Mem. 1, 2, 20 *τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός*. Hipparch. 9, 5, ubi codices *παρὰ πλουσίων γε, ἀδυνάτων δέ* praebent, Dindorf. falso *μέν* pro *γέ* scribendum esse censuit; nam interdum *γέ* particulae *μέν* vice fungi videmus, cum vis utriusque paene eadem sit; cf. Hi. 9, 7 *τὸ πάντων γε χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ εἰθισμένον*; Hell. 3, 4, 9 *τούς γε* — *τοὺς δέ γε* coll. 3, 5, 10 *ἕως μὲν* — *ἐπεὶ δέ γε*; 16; 5, 4, 25; An. 1, 10, 3 *μήν γε* — *ἀλλά*. Ut hic *μήν γε* copulantur, sic *γὲ μέν* Od. 4, 195 et Il. 2, 703; saepissime *δέ γε*, ut Hell. 3, 5, 16; 4, 1, 39; 5, 2, 27. — Nonnumquam particulae *μὲν* — *δέ*: *δέ* (*ἀλλά*) ita inter se coniunctae sunt, ut *μέν* non solum superiori *δέ* respondeat, sed etiam apud alterum cogitatione supplendum sit, ut Mem. 2, 3, 19 *χεῖρες μὲν* — *πόδες δὲ* — *ὀφθαλμοὶ δέ*: *ἀδελφῷ δέ*; Hell. 2, 1, 25; 5, 1, 29; Cyr. 1, 6, 44 ss.; 4, 2, 47; 6, 2, 19 s.; An. 1, 8, 6; 5, 7, 6; Od. 7, 60 s.; 259 ss.; 4, 267 ss.; 15 ss.; 9, 56 ss.; al.

Articulus saepissime omittitur, ubi ad duo nomina, quae in unam quasi notionem coalescunt, pertinet, ut Hell. 7, 1, 29 *οἱ μὲν Ἀρκάδες καὶ Ἀργεῖοι*; etiam praepositione repetita, ut § 44 *πρὸς τοὺς Ἀργείους καὶ πρὸς Ἀρκάδας*; 2, 5; 3, 5, 13 *ὑπὸ τῶν ἁρμοστῶν τυραννοῦνται καὶ ὑπὸ δέκα ἀνδρῶν, οὓς Λύσανδρος κατέστησεν*, ubi articulus etiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad *δέκα ἀνδρῶν* pertinet, ut 4, 2 *τὰς δεκαρχίας τὰς κατασταθείσας* docet; at v. 7, 1, 28; 35; 45 al. Paullo audacius omittitur An. 4, 3, 26 *τοὺς μὲν λοχαγοὺς καὶ τοὺς ἐνωμοτάρχους πρὸς τῶν Κ. ἰέναι, οὐραγοὺς δὲ καταστήσασθαι πρὸς τοῦ ποταμοῦ*; 4, 6, 12 *ἡ τραχεῖα — ἡ ὁμαλή*; Hell. 5, 1, 28 auctore cod. D *ἦλθον αὐτῷ αἵ τε ἐκ Συρακουσῶν νῆες, ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ Ἰωνίας*. — Praepositionem more poetarum omisit (v. Krueger. Di. 46, 2; synt. Att. 46, 1, 4) Ag. 7, 5 *ἐν τῇ Κορίνθῳ μάχῃ*, ubi Saupp. *ἐν* inserendum esse censet; at v. Meisterhans. l. c. p. 97 *νίκη Ἰσθμῷ* pro *Ἰσθμοῖ*; sic Thuc. 5, 18, 10 cum omnibus codicibus *Ἰσθμῷ* et *Ἀθήναις* legendum (v. Maetzner. ad. Lyc. p. 104 s.). Saepe praepositio ita omittitur, ut cogitatione repetenda sit. Ac ne forte putes, scriptores omnino a tali repetitione abhorruisse, cf. locos An. 5, 3, 8 (ubi v. Rehd.); Hell. 6, 5, 30; 27; 5, 2, 29 (ubi v. Buechs.); Vect. 3, 13; Cyn. 6, 10; repetitur praepositio in appositione Cyr. 3, 1, 28 *παρ' ἐκείνων, παρὰ τῶν μηδέποτε πολεμίων γεγενημένων*; et in comparatione, ubi sequitur comparatio, ut Cyr. 4, 2, 21 *ἤδη γὰρ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὡς πρὸς συμμάχους καὶ κοινωνοὺς διαλέγομαι* (sic cum optimis libris legendum). Contra deest altero loco, ubi res comparata praecedit, ut Cyr. 1, 6, 4; 8, 2, 12; (at v. 8, 5, 14). Insolentius sequente quidem comparatione omittitur An. 3, 3, 2 *λέξατε πρός με ὡς φίλον*; Hell. 5, 3, 8 *μετ' αὐτοῦ ὥςπερ Ἀγησιλάου*; neque tamen inserendam esse praepositionem docent loci Isocratis collecti a Schneidero ad 1, 25 et 9, 3; Maetzner. ad Lyc. p. 257 s. Od. 4, 413 *λέξεται ἐν μέσσῃσι νομεὺς ὥς πώεσι μήλων*. — Deest praepositio apud *πλέον, ἔλαττον, μεῖον*, ut Hell. 2, 4, 1; 12; 3, 4, 13; 4, 2, 7; 6, 4, 12 (bis); Oec. 21, 3; Cyr. 5, 3, 28; Ag. 2, 1. Porro semel posita praepositio ad duo nomina referenda est An. 1, 5, 9 *ὅπου μὴ ἐπισιτισμοῦ ἕνεκα ἤ τινος ἄλλου ἀναγκαίου ἐκαθέζετο*; 4, 7, 20 *τούτου ἕνεκα, οὐ τῆς τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας*; 2, 5, 14; Hell. 4, 1, 15 *θῆραι αἱ μὲν καὶ ἐν περιειργμένοις παραδείσοις, αἱ δὲ καὶ ἀναπεπταμένοις τόποις* cum libris legendum coll. Cyn. 4, 9. Deest denique *ἐν* temporale ante relativum praecedente praepositione, ut An. 5, 7, 17 *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ*; Hell. 1, 6, 11; Conv. 4, 1 al., ad quos locos proxime accedunt loci Cyr. 2, 4, 11 *εἰ εἰς τοιοῦτόν τι λαμβάνοιμι, ὃ μέλλοι καὶ σοὶ δαπανηθὲν βέλτιον εἶναι*, pro *εἰς ὅ*, et Mem. 2, 1, 32 *τιμῶμαι καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις, οἷς προσήκει*, pro *πρὸς οἷς προσήκει*. Videmus, quantae licentiae in praepositionibus omittendis Xen. indulserit; neque dubito, quin etiam Hell. 5, 1, 27 *ὑπό* semel positum cogitatione repetendum sit *ὑπ' ἀθυμίας καὶ τῶν βραδυτέρων ἡλίσκοντο*. Cf. Od. 3, 235. Apud Herodotum semel posita praepositio ad duos diversos casus pertinet, 4, 122 *πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Τανάϊδος* (v. Herm. ad Vig. p. 854).

Hinc paullum digressus alias quasdam proprietates, quae ad usum praepositionum spectant, enumero. *εἰς* pro usitatiore *πρός* nomini proprio addidit Conv. 4, 50; de eodem usu Homeri v. interpretes ad Od. 3, 317 et Krueger. Di. 68, 21, 3. — *παρὰ τὴν γέφυραν* pro *πρός* An. 2, 4, 17. — *λέγειν κατά τινος* pro *περί* Cyr. 1, 2, 16. — *ἀμφί* Xen. solus ex Atticis cum genet. coniunxit; Cyr. 3, 1, 8; An. 4, 5, 17. — *ἀπὸ παραγγέλσεως* An. 4, 1, 5; 2, 5, 32; Hipparch. 3, 11; 12; 4, 3; 9; 8, 18; Hipp. 11, 6. — Praepositio *πρός* cum nominibus *ἑσπέρα, μεσημβρία*, similibus coniuncta et locum et tempus significare potest, velut *πρὸς ἑσπέραν* sub vesperum Hell. 1, 1, 30; 4, 3, 22; *πρὸς τὴν ἑσπ.* 4, 5, 4; *πρὸς ἡμέραν* 2, 4, 6; An. 4, 5, 21; *πρὸς ὄρθρον* Hell. 2, 4, 24 (semel apud Homerum Od. 17, 191 *ποτὶ ἕσπερα*). *πρὸς ἑσπέραν* ad occidentem Hell. 7, 5, 21; 6, 5, 15; *πρὸς ἑσπέρας* 4, 4, 18; *πρὸς ἕω* ad orientem 5, 4, 49, ut dubitare possis, utrum genet. an accus. sit. Duobus locis *πρός* Lati-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

norum ad, nostro bei respondet, Hell. 5, 1, 9 (Andoc. 1, 38) πρὸς τὴν σελήνην, ad lunam, beim Mondschein, et Cyr. 7, 5, 27 πρὸς φῶς πολύ bei heller Beleuchtung. Falso enim Kuehner. gr. 441, III 2 πρὸς σελήνην cum formula πρὸς ἡμέραν gegen Tagesanbruch comparavit; neque minus Passow. in lexico a vero videtur aberravisse, qui Soph. El. 640 comparavit, ubi πρὸς φῶς ans Tageslicht significat, ut ἐς φῶς 419 et Ἡλίῳ δείκνυσι τοὔναρ 424; verba enim ἀναπτύξαι πρὸς φῶς et σπείρειν βάξιν εἰς πᾶσαν πόλιν contraria sunt superioribus κεκρυμμένην βάξιν; cf. Iph. T. 42 λέξω πρὸς αἰθέρα et notissimum Sophoclis versum πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει. Similis est usus praepositionis in formulis πρὸς αὐλόν zur Flöte An. 6, 1, 5; 8; 10; Conv. 3, 1; 6, 3; 4; 7, 5; πρὸς τὸν ῥυθμόν An. 6, 1, 11; πρὸς τὰ λεγόμενα Conv. 6, 4 (cf. Latinorum ad tibicinem, ad praeconem). — Semel ὑπέρ pro περί verbo cognoscendi addidit Hell. 5, 4, 47 ὑπὲρ τῆς ἐμβολῆς ταὐτὰ γιγνώσκων. Hic usus praepositionis ὑπέρ, qui apud recentiores latissime patet, apud antiquiores rarissimus est; semel iam apud Hom. Il. 6, 524 ὑπὲρ σέθεν αἴσχε' ἀκούω; Soph. OR. 1444. V. Sintenis. ad. Plut. Them. p. 108 s.; Weber. ad Demosth. Aristocr. p. 129; Schneider. ad Isocr. 1, 35. De usu titulorum v. Geyer. c. l. p. 33; Meisterhans. p. 107. — Bis praepositionem post nomen suum collocavit, Hell. 7, 1, 3; Cyr. 6, 1, 14; An. 2, 1, 11 ποταμῶν ἐντὸς ἀδιαβάτων. Haec Xenophon ex sermone poetarum in prosam orationem transtulit, ut alia multa. Articulus, ut pauca enumerem, obsoletam pronominis vim retinuit Ath. resp. 2, 8; 11; καὶ οἵ An. 7, 6, 4; καὶ τόν Cyr. 1, 3, 9. — Infinitivus pro imperativo positus est Oec. 3, 12. — ἢ—ἢ pro πότερον—ἢ Oec. 13, 1. — Genetivo loci epicorum usus est An. 1, 3, 1. — Dativum participii temporali significatione invenimus Hell. 2, 1, 27; 3, 2, 25; 6, 5, 17; Cyr. 2, 4, 19; Ag. 1, 2; An. 2, 1, 22 (ἀπιοῦσι—ἦν μένωμεν); 6, 3, 10, ubi cum optimis libris legendum Ξενοφῶντι . . . πορευομένῳ οἱ ἱππεῖς καταθέοντες ἐντυγχάνουσι πρεσβύταις, non προκαταθέοντες, quod plerique scripserunt, qui dativum cum προκαταθ. coniungendum esse falso censerent. Xen. enim etiam προϊέναι, quod verbum vulgo cum προκαταθέω comparant, Hell. 3, 4, 13; 5, 4, 59; 7, 2, 22 cum genetivo coniunxit, si libros sequimur (v. Dindorf. ad Hell. 3, 4, 13), non cum dativo (v. Dindorf. ad An. 6, 3, 10); ut Hell. 3, 4, 13 προϊόντος αὐτοῦ traditum est, id quod ex προϊόντες αὐτοῦ ortum est. Cf. Matth. gr. 388, c; 562, 2; Krueger. gr. 48, 5, 1; Kuehner. gr. 423, 25, f. Od. 1, 423; al. Qua facultate data duas formas resuscitare conabor, quae ab omnibus spretae sunt; An. 1, 5, 3 enim cum optimis codicibus ἀπέπτα et πέτανται legendum esse censeo. Haec autem sunt verba Xenophontis: struthiocamelum nemo cepit (ἔλαβεν), πολὺ γὰρ ἀπέπτα. Otides capere poterant (ἔστι λαμβάνειν), πέτανται γὰρ βραχύ[1]). Vides, quanta arte verba verbis respondeant. Atque recte Longinus ἀπέπτα Xenophontis forma ἀπέπτατο explicavit, quam pro altera posuit. At non opus erat coniectura; nam ut a radice κτα poetae aoristum ἔκτᾰ conformaverunt, sic a r. πτα ἔπτα (v. Curt. griech. Verb. I 178 et 192). De aoristo inusitatius pro imperfecto, quod expectares, posito v. Kuehner. gr. 386, 4; 7 adn. 3; hic eo facilius excusationem habet, quod tempora temporibus (ἔλαβεν—ἀπέπτα, ἔστι λαμβ.—πέτανται) respondent. Erunt, qui obiciant, struthiocamelos non esse volucres; hi meminerint ἀποπέτομαι vel ἀφίπταμαι etiam de avi celeriter pedibus effugienti dici posse, praesertim cum alas habeat et quamvis currens speciem volantis praebeat. Conferas quae Brehm. in libro, qui inscribitur

[1]) Cf. Moltke, Briefe über Zustände u. Beg. in der Türkei, p. 251[3]: Trappen . . ., die sich schwerfällig emporschwingen und auf kurze Entfernung wieder einfallen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Thierleben (VI p. 206) de struthiocamelo fugienti docuit: unterstützt ihn der Luftzug, so spannt der fliehende Straufs die Federn des Flügels und des Schwanzes gleich Segeln (*ταῖς πτέρυξιν αἴρουσα ὥςπερ ἱστίῳ χρωμένη*) aus und entkommt unter beständigem Rudern und ausgebreiteten Flügeln seinen Verfolgern mit Leichtigkeit; et p. 196: Bei sehr eiligem Laufe breitet der Straufs seine Flügel; Anderson versichert, dafs der Straufs, gejagt und auf geringe Entfernung hin, die englische Meile vielleicht in einer halben Minute durchlaufen könne, weil seine Füfse den Boden kaum zu berühren scheinen und jeder Schritt nicht selten vier bis fünfthalb Meter weit sei. Xen. ipse addidit *ταῖς πτέρυξι ὥςπερ ἱστίῳ χρωμένη*, ne quis forte putet, avem illam alis ad volandum uti. Accedit, quod activum *ἀπέσπα*, quam coniecturam codicis D plerique in textum receperunt, ea vi, quae hic requiritur (se recepit), nisi apud recentiores non invenitur. Minime autem Xenophontem a formis inusitatis abhorruisse haec doceant exempla: *ἐνεπίμπρων* Hell. 6, 5, 22; *ἐλᾶν* pro *ἐλαύνειν* Hell. 2, 4, 32; *ἀπέλα* Cyr. 8, 3, 32; *προδιαβεβῶτας* Hell. 7, 2, 3; *ἀναλόω* Hell. 6, 2, 13; Hi. 11, 1; *ὀμνύω* An. 6, 1, 31, ubi v. Saupp.; *συμμιγνύουσιν* Hell. 6, 5, 22; *ἐπιδεικνύοντες* 23; *ὠμνύετε* Cyr. 1, 3, 10 (v. Saupp. ad 3, 3, 60; 4, 5, 20); *προτεθειμένος* Hi. 9, 11; *γηρᾶσαι* Mem. 3, 12, 8; *εἶπον* pro *εἰπέ* Mem. 3, 6, 3; *μόλωσι* An. 7, 1, 33; particip. *δεῖν* Hell. 7, 4, 39; *προςαραρέναι* Hell. 4, 7, 6; *μάσσων* Cyr. 2, 4, 27; Lac. resp. 12, 5; quem numerum facile augere possumus.

Saepius quam reliqui scriptores Attici Xenophon more poetarum neutri plurali substantivi pluralem numerum verbi adiecit, praesertim ubi verbum nomini praecedit. Ac primum quidem animantium nominibus neutri generis pluralem addidit An. 2, 2, 15; 4, 1, 13; 5, 25 (*τὰ κτήνη ἐτρέφοντο* meliores codd.); 6, 6, 5; 7, 3, 48; Cyr. 2, 3, 9; 3, 3, 26; 5, 1, 14; Mem. 2, 2, 4; Cyn. 9, 10; 11, 4. Concinnitatis causa usus est plurali Mem. 2, 4, 7; An. 4, 5, 14. Porro admisit, ubi cum substantivo neutri generis femininum vel masculinum, aut ubi nomen, quod idem valet, cum verbo coniunctum est, velut Cyr. 3, 2, 21 *τὰ ἄκρα σύμμαχα εἶεν*; 7, 1, 7; 8, 8, 2; An. 3, 4, 4 *σφενδόναι καὶ τοξεύματα ἐξικνοῦντο*; 4, 5, 25; 26; 36; 7, 2; 14; 7, 4, 3; Cyn. 13, 5 *ὀνόματα οὐκ ἂν παιδεύσειαν, γνῶμαι δέ*; An. 1, 10, 3. Praecipue plurali numero sic usus est, ut res ex partibus quibusdam compositas esse significaret, quo maiore vi distributionem exprimeret; huc pertinent *τὰ ὅπλα, ταῦτα*, similia: An. 1, 2, 23; 4, 10; 5, 1; 7, 17; 20; 7, 8, 10; 6, 4, 22; 1, 8; 10; 20 *τὰ ἅρματα ἐφέροντο*; 1, 4, 4; 4, 2, 20; 5, 14; 7, 7, 34; Ag. 2, 23; Hell. 2, 3, 8; 1, 1, 23; 4, 2, 7; 7, 2, 8; Cyr. 5, 4, 8; 7, 1, 2; 5, 34; 2, 2, 2, ('hic librorum fides, verbi sedes, sequens numerus, distributionis notio pluralem tuentur' Saupp.); Hipparch. 5, 4; 8, 6; post *ταῦτα* in clausula Cyr. 2, 2, 17; 3, 16 (v. Saupp. ad Cyr. 8, 4, 23).

Saepe Xen., Homeri usum dicendi secutus, particula *δέ* apodosin protasi opposuit; maxime ea post participia et sententias temporales et condicionales usus est apodosi a pronomine demonstrativo vel personali, nomine proprio, praepositione incipiente (v. Maetzner. ad Lyc. p. 244; Herm. ad Vig. p. 785 'usitatum Graecis est post plerasque particulas temporales, in iisque maxime post *ἐπεί*, per anacoluthon inferre in apodosi *δέ*', et p. 845), ut Hell. 3, 3, 7 *τὸν δ'εἰπεῖν*; 4, 8, 28 *ταῦτα δέ*; 5, 1, 28 *ὁ δὲ Ἀντ.*; Cyr. 1, 6, 41 *ἐν τῷ τοιούτῳ δέ*; 2, 3, 19 *τούτοις δέ*; 1, 6, 43 *ταῦτα δέ*; 3, 3, 36 *τούτους δέ*; 6, 2, 14 *ταῦτα δέ*; 7, 2, 23 *ὑπὸ τοιούτων δέ*; 8, 5, 12 *οὕτω δέ*; An. 5, 5, 22 *ἡμεῖς δέ*; 6, 6, 16 *ἀντὶ δὲ τούτων*; 5, 8, 25 *τούτων δέ*; 5, 6, 20 *πλοῖα δέ*; 7, 7, 7 *νῦν δέ*; 4, 1, 2 *ἐδόκει δέ*; Oec. 4, 22 *ἀκούσαντα δέ*;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vect. 4, 40 ὑμεῖς δέ; Cyn. 12, 9 οὗτοι δέ; nonnumquam respondet Latinorum si, si non — at, at tamen, ut Hell. 6, 3, 6 ἡμᾶς δέ; 4, 1, 33 ὑμεῖς δέ; Cyr. 5, 5, 21 σὺ δέ; εἰ — ἀλλά (v. Maetzner. c. l. p. 318): An. 3, 2, 3; 7, 1, 31; 7, 43; 2, 5, 19; Hell. 6, 3, 15; cf. Od. 14, 149 s. ἐπειδή — ἀλλά. Orta est particula δέ ex pleniore forma δή, quae saepenumero in formulis eadem vi in initio apodosis invenitur, ut ἔνθα δή, οὕτω δή (v. Krueger. gr. 65, 9); cf. An. 1, 3, 5 ἀνάγκη δή, ubi deteriores codd. δέ habent; Cyr. 8, 2, 17. Ceterum commemoratione dignum mihi videtur esse, in duobus primis Hellenicorum libris nullum huius usus exemplum inveniri; id quod optime cum eis conspirat, quae Dittenberger. (in Herma a. 1881 p. 330 ss.) de usu particulae μήν docuit. — Eadem ratione nonnumquam μέν, quam particulam ex μήν ortam esse contendunt, usurpatur δέ non sequente, ut Hell. 5, 1, 29 διὰ ταῦτα μέν. — Ne ab illo quidem usu particulae δέ, quo more Homeri pro γάρ dictum est, Xen. abhorruit, ut Cyr. 7, 5, 22; 4, 5, 2; Hell. 1, 6, 37; 2, 1, 15; An. 1, 7, 12, ubi meliores codices Α. δέ, ceteri γάρ tradunt; v. Herm. ad Vig. p. 845 s.; Maetzner. l. c. p. 170.

Pervenimus ad finem commentationis. Non ignoro multa eorum, quae protuli, iam nota fuisse; multa tamen ipse addidi, neque inutile esse putabam in unum locum congerere, quae ab hominibus doctis passim adnotata erant, quo facilius, quanta libertate Xenophon in his rebus uteretur, perspici posset et quo melius temeritatem atque audaciam eorum refrenare et coërcere possemus, qui omnia, quae cum praeceptis a se datis non consentirent, statim immutanda esse censerent; quasi vero Xenophon discipulus sit, cuius libri ad amussim grammaticae, qualem hodie docemus, corrigendi sint. Difficilius sane atque laboriosius accurate dicendi usum scriptoris exquirere, quam omnia ad suum arbitrium corrigere. Quodsi mihi contigit, ut nonnullis locis ea, quae libris manuscriptis tradita sunt, explicarem atque a temeritate illorum defenderem, operam me non perdidisse puto.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vect. 4, 40 *ὑμεῖς δέ*; Cyn. 12, 9 *οὗτος δέ*; nonnumquam respondet Latinorum si, si non — at, at tamen, ut Hell. 6, 3, 6 [illegible] 5, 21 *σὺ δέ*; *εἰ — ἀλλά* (v. Maetzner. c. l. p. 318): [illegible] ; Hell. 6, 3, 15; cf. Od. 14, 149 s. *ἐπειδή — ἀλλά*. O[illegible] *δή*, quae saepenumero in formulis eadem vi in initio a[illegible] (v. Krueger. gr. 65, 9); cf. An. 1, 3, 5 *ἀνάγκη δή*, [illegible] 2, 17. Ceterum commemoratione dignum mihi vide[illegible] m libris nullum huius usus exemplum inveniri; id quo[illegible] nberger. (in Herma a. 1881 p. 330 ss.) de usu particula[illegible] nquam *μέν*, quam particulam ex *μήν* ortam esse conte[illegible] ell. 5, 1, 29 *διὰ ταῦτα μέν*. — Ne ab illo quidem usu[illegible] *ἄρ* dictum est, Xen. abhorruit, ut Cyr. 7, 5, 22; 4, 5, 2[illegible] 12, ubi meliores codices *A*. *δέ*, ceteri *γάρ* tradunt; v. [illegible] p. 170.

Pervenimus ad fin[illegible] eorum, quae protuli, iam nota fuisse; multa tamen ipse a[illegible] m locum congerere, quae ab hominibus doctis passim [illegible] ertate Xenophon in his rebus uteretur, perspici posset et [illegible] eorum refrenare et coërcere possemus, qui omnia, quae [illegible] irent, statim immutanda esse censerent; quasi vero Xen[illegible] im grammaticae, qualem hodie docemus, corrigendi sint. [illegible] e dicendi usum scriptoris exquirere, quam omnia ad s[illegible] contigit, ut nonnullis locis ea, quae libris manuscriptis tr[illegible] illorum defenderem, operam me non perdidisse puto.

Grauskala #13 B.I.G. C Y M A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Druck von W. Pormetter in Berlin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf